FABII BARBERII ARIANENSIS


Philosophi, ac Medici.

CATALOGVS EPISCOPORVM ARIANI

Sub Hispaniarum Regis nominatione, quorum extat memoria vsq; ad præsens nostrum æuum anno 1635. Cum singulis, quæ pro tempore cuiusuis Antistitis notatu satis digna apparent.

Vbi etiam agitur de eiusdem Ciuitatis Nobilitate, & Antiquitate: Nec non de optimo eius situ, Aeris salubritate, atque vbertate multarum rerum pro Hominum vsu.

Præterea ab eodem AVTHORE quædam alia differuntur animaduertenda de BENEVENTO Vrbe Summi Pontificis Nobili, & Opulenta in isto Neapolis Regno.





NEAPOLI, Typis Francisci Sauij Typogr. Cur. Arch. 1635.

Seneca de Ira L. 2. C. 16.



PERILLVSTRI D.

FRANCISCO ANTONIO SICÆ

PATRITIO ARIANENSI,

Fabius Barberius Arianeus F.



Quidem à vehementi admiratione sępè sępius corripi videbar, Perillustris Domine, dum animaduertens ARIANENSEM hanc Ciuitatem Nobilem, atq; satis antiquam extitisse, obseruaui nullum Priscum historicum, aut etiam Neothericum quicquam de ea olim scripsisse: cum tamen certum sit ab illis quamplurima enarrata fuisse, non inquam de quibusdam dumtaxat Vrbibus, verum prætereà de Oppidis, atque Castris in quibus ego interdum eos magis, quàm par est, immoratos esse vidi. Idcirco cum proximè elapsis mensibus ipse ab Illustris. Domino Aloysio memmolo Passinarum Comite tuo amantissimo Auunculo fuerim quæsitus, vt de Catalogo Episcoporum Ariani aliquid scriptis memoriæ mandassem; planè vt ei satisfacerem, illud quàm citissimè adimplere studui. In quibus perrò exigu s meis Elucubrationibus quędam mihi obiter occurrerunt disserenda de Antiquitate huius nostrę Patriæ. Nobilitate, atq; eiusdem optimo situ; Nec non de Aeris salubritate, & multarum rerum vbertate pro cuiusq; mortalis commodo, atque vsu. Cuius nempè Vrbis vetustissimam præstantiam ego excerpsi à quibusdam antiquissimis monimentis haud in tenui pagina iam velociter exaratis fragili Camalo, sed ferreo cuspide in durissimo marmoreo lapide difficulter exculptis: Qui quidem lapis tempore S. OTHONIS huius Ciuitatis

optimi Protectoris inuentus fuit in celeberrimo illo Iani Tēplo iam prius diruto à Gothis regnante Thotila Rege; quando ab eiusdem Vrbis tunc Comite Iordano reliquias illius falsi Dei detegere conabatur. Quamobrem eiuscemodi rei magna fides, vt habeatur, quispiam facile minimè inficiari potest: etenim in dicto fusci coloris marmore ibidem reperto, manifestatur; quod Primi istius loci Incolæ extiterunt. Quincenti viri Nobiles Romani, & quidem coniugati tempore Itali Regis à Sutrio exientes, atque huius tyramnidem fugientes construxerunt in huiusmodi Montana Regione Coloniam quam nuncuparunt ARIANVM; quod etiam clarè patet antiquissimum esse, cùm ipsum multis sęculis ante CHRISTI Domini aduentum fuerit ædificatum. Certè inter reliquos Illustres meos Conciues Te Nobilem adolescentem dignosco: etenim perspicuum est, quòd ipse non solum à Seniorum Arianētium Patritiorum Nobilitate minimè degeneras; sed neque etiam ab Illustrissimorum modò feliciter viuentium tuorum Auunculorum, nimirum DD. Christophori Memmoli Episcopi Rubensis, atque præfati Pastinarum Comitis. Quinimò tu illam potius adauxisse visus es, quando per Illustrem Coniugem Dominam Dianoram Vulcanam habuisti eximijs nedum corporis; verum quoque Animi dotibus apprimè exornatam: Cuius quippè Prosapia apud Surrentinos quanta Præstantia, ac Nobilitate polleat, iam manifestum est: cum ea meritò in Sedili Equitum ab antiquo fuerit collocata. Itaque Tibi Opusculum istud dedico, tuo Nomini consacro: qua igitur ego mentis alacritate ac beneuolentia à promptè offero; eadem tui Animi Solertia, ac Magnaminitate id ipsum libēter suscipias, rogo. Vale Ariani die 19. mense Martij 1634.

D. IO. PETRI MASSARII

I. V. D. Oratineñ. & Ciuis Neapolitani

D. FABIO BARBERIO

ARIANENSI

Medico Eminentiſsimo de Epiſcoporum Catalogo ſcribenti.

EPIGRAMMA.

Barberius Patrios Paſtores ordine narras,
Nobile nunc Animæ ſurgit ad aſtra Iubar.
In Cęlo intercesſores ſortaſsis habebis,
Quos prius in terris tam pius ipſe colis.
Heroes celebrans, ſis tu quoque maximus Heros,
Et tacitus caneris, dum pia geſta Canis.
Dum Mundo Heroum tua ſama excurret ad aſtra
Hi terris, Cęlo tu magè notus eris:
Namque tuos Diui luſtrantes lumine ſenſus
Aetereo factis dicere digna potes.
Et nos perpetuas laudes, nos grata canemus
Carmina pro tantis commoda muneribus.

SIR

SIR LEANDRI LEONIS

V. I. P. Canonici Cathedralis Ariani in laudes atq; Economia Authoris.

CARMEN.

Dialogus.

Quæ noua fers liber? e superis conceditur Opus,
Quod tectum tenebris, carmine modò nitet,
Quæ tu pulchra tenes? Arianum complito mecum
Ac hominum solium, Pontificumq; thoros.
Quæ num forma fuit? Nihil. nunc formã tenebit?
Barberius tunctis rebus adesse solet.
Barberius scribit: mortalia cuncta perire
Barberius procul de styge thetra tenet
Describens Vrbis Siluas, Montesq; Lacusq;
Flumina, Camposq; concaua saxa simul.
Tot Vates fuerunt? tot sęcula namq; ruere?
Et Ciuium turmę; dicere nemo fuit?
Sęcula nunc fulgent sub Presulis auspice tanti
Qui P*ossit Pilÿ viuere lustra senes.*
Iure igitur sacra fit dignus voce poeta
Vt Deus humano in corpore numen habet.

AD

AD LECTOREM.

S*Atis admirādum fortaſſis, Benignè Lector, quibuſdam videbitur*, quod in Catalogo Epiſcoporum Ariani circa initia à me dictum eſt, iſtam quippè Ciuitatem antiquiſſimam eſſe; cùm ibi pronunciauerim eam fuiſſe ædificatam ab anno Quincenteſimo poſt Almæ vrbis Romæ conſtructionem: ideò vt ſic eius ædificatio iuxta opinionem Michaelis Zappuli in Sūm. Hiſtor Romanorum præceſſit annos 252. antequam Chriſtus Dominus, & Deus noſter pro Hominum redēptione humanam carnem aſſumpſiſſet. Vt autem huiuſmodi admiratio nō inquam tollatur, ſed maximè adaugeatur, perſuadeas tibi velim, quod dum equidem in pagina quinta ſermonem habeo de Ariani ædificatione, non primam intelligo, quæ fuit molita ab indigena quodam vno ex Principibus Ianniculorum, quando ad hanc Montanam oram cum quincentis Nobilibus viris vxoratis peruenit, vt Itali Regis tyrannidem aufugiſſet; ſed potius intelligo Secundam, quam benè reædificationem nuncupare poſſumus iā propriis ſumptibus factā à Q. Babrio Patritio Queſtore Populi Romani. Quapropter hinc facilè colligitur Arianum; ſi loquamur de Prima eius erectione, adeò antiquiſſimum eſſe, vt non ſolum excedat in prædictis annis 252. Natalem eiuſdē Chriſti Domini, ſed in multis aliis ſæculis, quo tempore regnauit præfatus Ianniculorum Princeps ſub æuo illius Itali Regis. Idcirco ſi attendamus primam huius Ciuitatis erectionem, vtique ipſa antiquior extat quāplurimis aliis veteribus vrbibus, quæ modò in Italiā reperiuntur. Cuius veritas facilè conijci poterit ā peritiſſimo Hiſtorico apud Cronicon prædicti Regis Itali, & Bella iam antiquiſſimo tempore peracta inter Romanos,

nos,

nos,& Saranites. Neque verò in præsentia omictendus est quidam error in typis factus in fine pag. quartæ dicti Catalogi, quando ibi ita quæritur Sutrium, à quo discedens præscriptus Q. Babrius, accessit ad hanc Regionē, quale fuerit; quod porrò erratum sic corrige, à quo discedens præscriptus Princeps Ianiculorum, accessit, &c. Iste enim fuit ille Primus Ariani Fundator, qui vt euitasset Itali Regis tyramnidem, huc accessit, non autem Q. Babrius, qui eandē Ciuitatem secūda vice erexit sua pecunia, atque exornauit. Neque autem hoc in loco tacere mihi licet, quæ silentio præterij in pag. 34. eiusdem Catalogi, dum agerem de quibusdam rebus iam confectis à Reuerendissimo P. D. Ioanne Iacobo Iordano Abb. Generali Congregationis Montis Virginis: quod tamen mirum non fuit, cùm anteà singula ea, nec mihi relata fuerint, neque viderim. Verum quia maiora deinceps ab eo met perpatrata proprijs oculis obseruauj, dum equidem ad Rerum, & Sacrum Virgineum illum Montem proximè elapsis diebus accessi: idcirco ea in præsentia non silebo: Et primo quidem in celeberrimo illo Templo vidi (præter relata in eadem pagina) restauratam maiorem Ecclesiæ partem à fundamentis cum prius fuerit collapsa sub gubernio R. P. D. Petri Danuscii Abb. Generalis sui prædecessoris: Pro cuius ædificio, atque operimentis nouiter factis facilè coniectandum est à vigilantissimo illo viro maximas impensas fuisse adhibitas, vt eæ excedere videantur septem mille ducatos. Prætereà ipsemet, cunctā mediam eiusdem Templi Nauim perbellè exornandam curauit, & quidem varijs, cōcinnisq; ornatibus: pro quibus à quopiam minimè dubitari potest eundem impendisse duos circiter mille ducatos. Atqui quod satis pulchrum in illa Ecclesia, & admirandum perpexi fuit Altare maius: etenim istud apud totum ferè terrarum orbe modo celeber-

cberrimum redditur ob diuersas diuersorum in colore marmorum positiones, atque balearia porphyritica varij coloris summo artificio elaborata, & circumcirca collocata: quamobrem ingenuè fateor aliud simile vix Romæ, aut Neapoli reperiri ob tot, tantorumque lapidum præstantiam: Ideò mirum non est, si pro huiusmodi Altaris confectione fuerint impensi quinque circiter mille ducati vti mihi relatum fuit à quodam Architecto peritissimo, tunc ibidem existente. Omitto in præsentia, quod idem accuratissimus vir restaurauit Refectorium eiusdem Sacri Montis, dum illud ob antiquitatem ruinam minari videbatur: etenim præter fabricā, sedes, & marmoreum lauacrum pro monacorum commodo ibi conspiciuntur varij ornatus, variæq; picturæ. Omitto quoque, quod apud Retum multa adinueni ab comet confecta, quę mihi prius fuerant ignotæ, namque pręter parietes constructos circum circa viridariū, quod planè ob aquarum copiam, & semitarum ordinem, necnon multorum florum varietatem, & quarundam aliarum plantarum cuipiam magnam oblectationem affert (& si illud non sit tantæ magnitudinis vti dixeram in illo Catalogo) factæ sunt ibi variæ fabricæ pro commodo, & seruitute prædiorum, & aliarum rerum necessariarum spectantium ad Congregationem dicti Sacri Montis, pro quorum omnium confectione impensi sunt duo mille ducati, et sup. verùm vltimo loco etiam non tacebo eiusdem prouidissimi Abb. Generalis optimum Gubernium, qui semper Monacorum Congregationis augumentum præ oculis habens nil intentatum reliquit, vt ea quam maximè in melius degeret, atque id porrò manifestè patet etiam ex quibusdam emptionibus iam ab ipso factis: etenim sub isto sui Generalatus quinquennio in quibusdam prędijs, & alijs censibus ad beneficium eiusdem Congregationis

impendit ducatos duos mille,& supra. Sperandum itaque est post hac sagacissimum hunc virum in dies maiora perpatraturum nedum pro illius celeberrimi Fani incremento, verum etiam pro singulorum Monacorum commodo, vt ipsi eò magis pietate, ac religione pręstãtes valeant ardentiori Animi affectu obtemperare Sanctissimæ Deiparæ Mariæ Virgini, cui Virgineus ille Monsconsecratus extat. Si qua fortassis Candide lector, ab instituto aliena aliquo modo videantur in huiusmodi Catalogo; censeas velim, illa à me obiter esse dicta vti alijs scriptoribus in reliquis monimentis assuetum est, ex occasione scilicet mihi præstita dum Episcopos Ariani vrbis antiquissimæ, ac Nobil: cum singulis animaduersione dignis, quæ tempore eorundem Præsulum euenerunt, recensere institueram. Vale.

IN-



IMPRIMATVR.

Fęlix Tamburellus Vic. Gen.


D. Io. Dominicus Aulisius S.T.D. Can. dep.

Fęlix de Ianuario S. T. D. dep.



IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Rouitus Reg. Ianuarius Reg.



IMPRIMATVR.

Fęlix Tamburellus Vic.Gen.

D.Io: Dominicus Aulisius S.T.D.Can.dep.

Fęlix de Ianuario S.T.D. dep.

IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Roncus Reg. Ianuarius Reg.

INDEX

RERVM NOTABILIVM, QVAE sunt in Catalogo Episcoporum Ariani.

A

Ariani

Ca-

C

Damna

Fabij

c *Leonis*

M

N

Nix

Res,

S

T

Tempus

V

Vrsus

FINIS INDICIS.

Gra-

Grauiores in Typis errores sic corrige.

Pagina prima versu 21. causat.	extat.
Pag. 12. versu 2. Mons calcus.	Monscaluus.
Pag. 12. ve. 18. Locustarũ genere.	è Locustarũ genere.
Pag. 14. ver. 19. accolæ.	incolæ.
Pag. 29. v. 29. perfruantur.	perfruatur.
Pag. 32. v. 17. puberi ætate.	ipsũ à puberi ætate.
Pag. 33. v. 4 adimplendum.	adimpletum.
Pag. 33. v. 26. insudauerint.	insudauerit.
Pag. 40. v. 18. docetur.	dicetur.
Pag. 47. v. 10. Iacobus perfida.	Iacobus Porfida.
Pag. 48. v. 25. partes.	potes.
Pag. 54. v 4. alium locum.	ad alium locum.
Pag. 64. v. 26. apprimis.	apprimè.
Pag. 65. v. 1. digressa.	digressi.
Pag. 66. v. 14. actiorem.	acutiorem.
Pag. 68. v. 33. vexit.	rexit.
Pag. 71. v. 33. videbatur.	videbatur excedere.
Pag. 73. v. 13. confessi sunt.	confossi sunt.

FABII BARBERII ARIANENSIS

CATALOGVS EPISCOPORVM

Ariani ſub Hiſpaniarum Regis Nominatione.



VONIAM verò ab Illuſtriſſ. Domino Aloyſio Memmolo Paſtinarũ Comite Arianenſi Patritio meo Cõciue fui quæſitus, vt omnium, & Singulorum Vrbis Ariani Epiſcoporum Catalogum annotaſſem; hũcque annotatum deinceps Beneuentum vſq; miſiſſem, vbi ipſe incolatum faciebat, etenim de illo a quodam peritiſſimo viro eodem in loco rogatus fuerat, cũ ſciuiſſet me quamplurima, quæ ad Cathedralem iſtam Eccleſiã ſpectabant, obiter ſcripſiſſe in ſecundo tract. quem compoſuerã de Vita, & Patrocinio Sancti OTHONIS erga Arianenſes. Idcirco adhibita, qua equidem valui, diligentia in Archiuio eiuſdem Maioris Eccleſiæ, atque etiam alibi, vix duorum ſupra viginti Epiſcoporum iam defunctorum monimenta adinueni. Quæ etſi fortaſſis non leuem cuipiam admirandi anſam afferre videantur, cũ notum ſit hanc Ciuitatem Antiquiſſimam eſſe, atque ita quam plurimos alios Præſules olim obtinuiſſe; Attamen id mihi non admodum mirum cauſat, cum non ignorem potiſſimum ex quibuſdam litteris Alphonſi tũc Regis Neapolis in Archiuio huius Baſilicę conſeruatis à me in mediũ adductis in ſecundo tract. nuper dicto, iã datis apud Puteolos ſub die xij. Men-

Author cur ſcripſerit de Epiſ. Ariani.

Litera Regis Alphõſi de tranſlat. Corporis S. Othonis ad Ciuitatẽ Beneuẽti.

ſis Maij 1452. Quod ſcilicet tempore, quo Infideles in Italia morabantur, ab Eccleſia Arianenſi ad Beneuentanã fuit tranſlatũ Corpus prediċti Sãċti OTHONIS quo etiam ꝗuo equidem arbitror quam plurima ſcripta fuiſſe ablata, quæ illius Cathedralis Antiquitatem inſinuabant; vbi quoq; credendũ eſt, inter cætera monimenta, fuiſſe annotatos eiuſdem Eccleſiæ Præſules. Aut etiã id contigiſſe affirmare poſſumus, tempore illius Magni Terręmotus, qui deinceps contigit Regnante eodem Alphonſo, nimirum ſub anno 1456. de quo ſermonem faciens Lupus Protoſpada in ſuis cronicis ſic pag. 122. retulit Anno 1456. die quinta decembris hora vndecima magnus terræmotus, qui adæquauit aliquas terras ſolo, & maximè damnificauit Neapolim, & deſtruxit Eccleſiam Sanċti IOANNIS Maioris, & alias Domos: quo tempore etiam Arianum non nihil perpeſſum fuit; quamobrem inter reliqua edificia fuit diruta Maior Eccleſia huius Ciuitatis: atque ita tunc facilè deperdi poterant multa ſcripta, quæ in eius Archiuio conſeruabantur, vbi quoque aliorum Antiquorum Antiſtitum memoria erat. Vel certè dicendum erit, quòd lapides iam affixi parietibus eiuſdem Epiſcopij, aut etiam collocati in ſolio ob tantam illius Ruinam fuerunt confraċti; in quibus facilè conieċtandum erat fuiſſe annotatos multos Antiquos Epiſcopos iam ibi humatos. Neq; vero tacere in preſentia mihi licet, quod etiam equidem proprijs auribus percepi à quibuſdam meis Conciuibus fide dignis; quod ſcilicet multa antiqua ſcripta, quæ conſeruabantur in eadem Cathedrali Eccleſia, fuerunt conflagrata elapſo tempore, nimirum die xxiij. Februarij anno 1590. in quo ſucceſſerat terribile illud Incendium in Sacrario diċtæ maioris Eccleſiæ, in quibus priſci reliqui Ariani Epiſ-

Tempus Magni Terræmotus apud Arianenſes.

Tẽpus Incendij in Eccl Cathedrali Ariani.

ni Episcopi annotati erant: De quo quidem Incendio plura ego scripsi in eodem secundo tract. de vita, & Patrocinio Sancti OTHONIS, vbi à me quãplurima narrantur quæ miraculosè contigerunt circa quandam Sacrosanctam Tabellam Beatissimæ MARIAE Virginis cum Imaginibus SS. OTHONIS Protectoris, atq; ELISEARII eiusdem Ciuitatis Comitis, iam contactã ab Igne non exiguo tẽporis spatio, atq; minimè tunc combustã. Quãobrem hoc nostro euo singularũ hebdomadarũ Sabbato post vesperas RR. DD. Canonici processionaliter adeũt locũ Thesaurariæ, vbi dicta Miraculosa Tabella extat, iam psallentes *Salue Regina Mater Misericordiæ, &c.* pro gratiarum actione ob liberatam cunctam Cathedralem à dicto Incendio; in quo sanè quædam alia miracula acciderunt præsertim circa lampadem accensam ante illam Tabellã, quæ adhuc combusto eius tenui funiculo, visa est permansisse in Aere, atq; præterea illuminata quatuor dies, ac totidem noctes absq; noui Olei infusione, quod pro eius pabulo naturali ordine indigere videbatur. Pleraq; alia in nuper citato tractatu scribuntur, quæ spero benigno lectori non minorem oblectationẽ, quàm ob raros euenctus admirationem fore allatura. Quibus stantibus facilè à quo piam persuaderi debet nil mirum esse si in præsẽtia singulorum, & quidem Priscorum Ariani Præsulũ notitia nobis delitescat. Planè antiquissima extat Vrbs Ariani, quemadmodum non difficulter colligi potest Varijs ex Veteribus monimẽtis, præsertim ab ijs, quæ tempore illiusmet Sancti QVIRITIS huius Ciuitatis optimi Protectoris reperta fuere iam exculpta in magno quodã lapide fusci Coloris inuencto à Iordano tunc Ariani Comite; dum ipse subptus aram illius falsi Dei, quippè Iani, reliquias Templi detegere

Miracula, quæ cõtigerunt in Incendio.

Ariani Vrbis Antiquitas, ac Nobilitas.

Lapis inuentus in Tēplo Iani pro Antiquitate, & nobilitate Ariani.

tegere conaretur: In quo quidem lapide, cuius latitudo extiterat cubitorū trium, longitudo verò quinque, infrascriptæ litteræ sculptæ inuentæ fuere, quarum ordo talis erat.

Q. Babrius Cor. Amiantus Pa. Questor P. R. ex S. C. In P. A. S. & He. Templum Iani antiquitus erectū ab Indigena Vno è Principibus Ianniculorum qui tempore Itali Regis à Sutrio exiens, & Tyramnidē fugiens Coloniam quincentorū Virorum Nobilium coniugatorum huc transtulit, Ianumq; colens sedem sibi, suisq; firmam delegit, ac ARIANVM nomen loco imposuit. Dirutum iam à Samnitibus tempore Pontij eorum Ducis: Propterea quod Arianenses in bello Samnitico Romanis præsidium dedere. Funditus sua pecunia erexit, & ornauit post iugum Italiæ impositum ab Vrbe Vrbium Principe in anno à fundatione eiusdem Quincentesimo.

Habitatores Primi Ariani, quot, & quales dicuntur fuisse.

Cuius Scripturæ tenor sic interpetratur: Quintus Babrius Patritius Quæstor Populi Romani ex Senatu Consulto in Prouincijs Apuleæ, Samnitum, & Hetruscorum. Sed fortasis in præsentia aliquis antiquatum rerum studiosus quæret Sutrium, à quo discedēs præscriptus Quintus Babrius accessit ad hanc Regionem, quale fuerit. Certè si in hoc consulamus Strabonem

Sutrium vnde discesserat Fidator Ariani quale fuerit.

bonẽ apud lib. 5. vtiq; inueniemus illud fuisse quoddam Oppidum Mediterraneum Tusciæ, quippè Hæturiæ, quę est celeberrima Italiæ Regio, cuius Oppida hac nostra ætate dicuntur Florentia, Pisæ, Luca, & Sena. Præterea si idẽ quoq; à me sciscitabitur quo tempore illud satis celebre Iani Templum fuerit dirutum, & à quo. Id ipsum sanè edifcet in Romanis Annalibus, quòd scilicet fuit deuastatum à Gothis Regnante Thotila eorum Rege, quibus annis Romam, Beneuentum, nec non multas alias Italas Terras, & Ciuitates impiè destruxerunt, sicuti etiam idem S. OTHO retulit in quibusdam suis scriptis, quę post eius mortem reperta fuere in eius Cella atque modò in Archiuio Cathedralis huius Ciuitatis conseruantur. Profectò ex antiquissimo illo marmoreo lapide superius relato iam ijs litteris sculpto quàm apertissimè colligitur Arianum Nobilissimum, & Antiquissimum extitisse. Etenim præstat antiquitate multas alias Ciuitates, cùm sit posterior Roma quincentis dũtaxat annis: ex quo manifestè patet hanc Vrbem ędificatam fuisse multis sæculis ante CHRISTI Domini aduentum: etenim legimus apud Michaelem Zappullum secunda parte sui summarij de Histor. Romanorum cap. xj. quòd celeberrima ea Vrbs, quippè Roma, fuit constructa anno 752. ante eiusdem nostri Redemptoris Incarnationem: itaq; cum Arianum, vti nuper relatum est, fuerit post 500. annos ab illius ædificatione; cuiquam clarum restat, quòd post eius cõstructionem intercesserint anni 252. antequam idem CHRISTVS Dominus pro hominum Redemptione in hunc Mundum venisset: atq; quàm manifestissimum quoq; apparet, quod tẽpus ædificationis istius Ciuitatis vsq; ad præsens nostrum ęuum est annorum 1886. Planè ista Vrbs Nobilitate etiã antecellit quã

Templũ Iani quãdo fuit dirutũ & à quo.

Arianum vnde colligatur esse antiquũ & Nobile

Arianum quot seculis fuit ędificatum ante aduẽtum Christi.

plurimas

plurimas alias Ciuitates, cum ad huc nõ sit memoria alterius, quamuis celeberrimæ Vrbis, quod scilicet Primi Habitatores fuerint Quincenti Viri Nobiles vxorati. Sed fortassis hoc in loco non abs re quæret aliquis, cum notum sit Beneuentum (hoc enim distat Ariano quindecim circiter milliarijs) esse Antiquissimam Ciuitatem, An illa etiam sit Antiquior eadẽ Arianensium Vrbe. Nolo equidem in præsentia circa huius modi quæsitum verbum facere; cùm lõgior, quam par esset, & quippè præter Institutum mea oratio differreretur: Ideo benignum lettorẽ ad Antiquarum historiarum lectionem transmicto, cum iam notum sit Beneuentanam quoq; Ciuitatem Antiquissimam fuisse, & sanè Romanornm Coloniam. Illud tamẽ silentio nunc inuoluendum non arbitror, quod scilicet Beneuentum priscis temporibus quædam tributa Arianensium Comiti prestabat pro bonis, quæ ibi Beneuentani possidebant; à quibus postea ipsi immunes fuerunt, quando quidam Iudices, & Sapientes Viri illius Ciuitatis Innocẽtium Secundũ obsecrati sunt, quatenus apud Imperatorem Lotharium intercederet, vt de antiqua afflictione, quam Beneuentũ longè, latèque perpessum erat Imperator ipse Beneuentanos liberaret. Quamobrem idem Innocentius, vt refert Falco Beneuentanus in Cronicon Pag. 310. pietate Diuina correptus super Ciuitatis lõga afflictione condolens Patriarcham Aquileiæ, aliosq; Cardinales, & Girardum specialiter Cardinalem suum Presbyterum Virum valdè venerabilem, & discretũ ad Imperatorem direxit expostulans, vt Comiti Rogerio de Ariano præciperet, eiusq; Baronibus, vt fidantias, & omnes redditus, quos de hereditatibus Beneuentanorũ habere sólitus erat quietus dimicteret. Imperator itaq; ille precibus ipsius Summi Pon-

Beneuẽtũ quãdo Ariano Tributa præstabat.

Legati ab Inn. ij. ad Lothariũ Iperatorẽ pro Beneuentanis.

tificis

tificis acceptis absq; mora accersiri mandauit præfatum Comitem, vt cum Baronibus suis confestim veniret; & Iuramento intercedēte petitionibus Innocētij obtemperaret. Quod planè continuò fuit adimpletum. Neq; vero equidem in præsentia hic enarrare omictam iuramentum, quod pro huiusmodi re factum fuit ne dum ab Ariani Comite, nimirum Rogerio, verum etiam à quibusdam suis Baronibus, quēadmodum relatum est ab eodē prisco Historico Falcone pag. 311. Profitebantur itaq; sic singuli iuro, & promicto quod ab hac hora in anteà non quæram, nec quæri permictam de cunctis hæreditatibus Beneuentanorum fidantias, angarias, terraticum Oliuas, Vinum; nec vllam aliam dationem, scilicet de Vineis, terris aspris, Siluis, Castanetis, & Ecclesijs, & liberā facultatem tribuo in hæreditatibus Beneuentanorum venandi, aucupandi, & in eis, & de eis quodcunque voluerint faciendi: Et per hoc mercatum Ciuitati nō disturbabo, nec disturbari consentiam: Hæc omnia actendam bona fide sine fraude, quod quidem Iuramentum fuit factum die 6. Mensis Septembris 1136. Ex cuius scriptoris Beneuentani Historia, inter cætera alia, duo equidem colligere videor, Alterum scilicet quòd Arianum Nobilissimum extitit, cùm sub se nonnullos Barones habuisset, qui erant Domini multorum Castrorum atque Terrarum: inter quos idem Historicus scripsit hāc Ciuitatē obtinuisse Alpheriū Draconem, Robertum della Marra, Bartholomeum de Petrapolcina, Thadeum della Græca, Girardum de Lanzulinu, & Sarolum dello Tufò, præter reliquos Barones Montis Fuscoli, quos etiam legimus Ariano subiectos fuisse, nempè Rahonem dello Tufo, Accardum, Gemundum, Eternum, Onfridum, cæterosque alios qui circa Beneuentum fidantias accipiebant;

Iuramētū Comitis Ariani eiusq; Baronū pro Beneuētanis.

Arianum multos Barones sub se obtinuit.

bant;

bant; quemadmodum ipsemet Falco scriptor loco supra cit. retulit: Alterum verò quod ex eiusdem Historici dictis colligitur, est quòd Beneuentani longo temporis interstitio fuerant afflicti ab eiuscemodi tributis, quæ ipsi Arianensium Rogerio Comiti exhibebant; quamobrem mirum non fuit si ijdem Beneuentani sic illum Sũmum Pontificem obsecrarint, quemadmodum etiam manifestatur à nuper citato historico illius Ciuitatis, Nunc vero Pater Sanctissimè, & quia voluntas, & potestas concessa est benè nobis faciendi, lacrimis omnium oramus, vt de tanto periculo tributorum Ciuitatem Beati PETRI eripias. Quapropter idem Innocentius, vti ipsemet Scriptor Beneuẽtanus refert, pietate Diuina affectus super Ciuitatis longa afflictione condolens misit ad illum Imperatorem præfatos Cardinales legatos. Quamuis de huiusmodi vrbis Ariani Antiquitate, ac Nobilitate minimè dubitari possit; nihilominus quispiam a magna admiratioue corripi debet, Cur scilicet Prisci scriptores (excepto tamen præfato Falcone Beneuentano) aut saltim Neotherici de illa post hac nil scripserint: cùm tamen sciamus eos de quibusdã alijs locis, etsi fuerint pauci momenti enarrasse non nulla, & quidem prolixius, quàm oportere videbatur. Fortassis de ea ipsi nihil scribere tentarunt: quoniam optimè sciebant Arianũ inter reliquas huius Regni Neapolis Ciuitates satis manifestum cuipiam fuisse, adeò vt de eius Loco, Situ, atque exuberantia circa res penè omnes pro hominũ conseruatione necessarias scripsisse superfluum ipsis appareret: etenim illud omne singulis propalandum videtur, quod priùs ignotum, & occultum fuisset. Iam notum est quòd ista Ciuitas extiterit, sitq; etiam in presentia locus pro hominum vsu vberrimus multarum rerum: quoniam magno iudicio,

Beneuentanorum supplicatio ad Innoc. ij.

Antiqui, & Neotherici cur nil scripserunt de Ariano.

dicio, eximiaq; industria atq; architetura fuit tribus in Collibus constructa, quamobrem summo Iure illa pro Insignijs tres Montes cum littera *A* desuper (hęc enim ob eius antiquitatem Aram Iani demonstrat) in Campo aureo annotatos obtinet, ex voto quidem & placito S. OTHONIS eiusdem Ciuitatis Potentissimi Protectoris, quęadmodum alibi à me etiã dictum est; fuit inquam Arianum ædificatum à pręfatis quincentis Patritijs, qui cùm fuerint vxorati, vti manifestè patet apud præscriptum marmoreũ lapidem, facilè credendũ est eos habuisse multos filios filiasque, & plerosque seruos, ac seruas; quamobrem breui eadem Ciuitas propagari, & multiplicari poterat. Atqui sanè cùm ipsi fuerint Nobiles viri, arbitrandum quoque erit quòd eorum ædificia, quæ hoc in loco construi ceperant, fuerint quodam modo excelsa; quemadmodum tantos Quirites Nobiles pro ipsorum Incolatu commodè decere videbatur. Cum igitur à prędictis Patritijs Arianum in quibusdam tribus Collibus fuerit ædificatum; ideò circum circa omnibus eminentissimum apparet: quapropter quilibet vndique (ad extremas scilicet eiusdẽ Vrbis partes) varias agrorum Regiones circumspicere potest, nonnisi porrò magna spectantium voluptate; cùm ex inde quoq; prospiciantur quædam Ciuitates, varia Castra, & Oppida, nimirum Triuicum, Flumare, Carifium, Pulcarinũ, Andretta, Bisaccia, Monsleo, Pannum, Sauinianum, Greci, Castrumfrãcum, Monsacutus, Genistra, Casarbore, Bonumalbergum, Corsanũ, Bonetum, Padula, Petrapolcina, Morconum, Beneuentum; quæ Vrbs Summi Pontificis extat in isto Nobilissimo Neapolis Regno iam varijs, & quidem eximijs à S. PETRI successoribus Priuilegijs antiquitùs cooptata. Ideò mirum non est si in presentia ea

Ariani Stegma ex S. Othone

Arianum cur breui fuerit multiplicatum antiquo tempore.

Ariani situs eiusque aeris salubritas.

Beneuẽtũ varijs Priuilegijs insignitum Nobile, & opulẽtum.

tia ea sit opulēta, atq; copiosa, plenaq; Populo: cuius porrò magna pars nedū diuitijs, verùm quoq; Nobilitate fulget: cum ibi ex Ciuibus, & reliquis alijs Incolis quidam commorentur Barones, & viri iam aliquo Nobilitatis titulo insigniti: quàmobrē hæc Ciuitas maximopere gloriari debet, ac Deo optimo maximo immensas gratias agere, dum sibi quamplurima bona prestauerit, quibus ærumnoso isto tempore pleraq; alia loca orbari videntur. Quorum bonorum origo, facilè coniectari potest, quod non ex eo ipsis dumtaxat proficiscitur, quia ijs Priuilegijs fuerit prędita; verum etiam quoniam singulis annis quatuor Emporia, præter vectigalia in hebdomadam, eo in loco celebrantur, nimirū sub mense Martij Primum in die festo Sanctissimæ Annunciationis; alterum autem in Mense Augusti, dum S. Bartholomei fæstiuitas colitur; Atqui tertium Emporium illius Ciuitatis extat in festo S. Francisci: quemadmodum etiam quartum celebratur in die S. Onufrij: Quibus nempè temporibus tanta hominū emētium varias mercimonias, ac vendentium copia in illam vrbem confugere solet, quāta vix à quopiam credi potest. Quābrem mirum nō est si ob huiusmodi maximū diuersarum gentiū concursum ipsa satis opulenta, atque etiam multarum rerum pro Mortalium vsu vberrima efficiatur. Cuius Vrbis situs, & Aeris qualitas si tales essent, quales de Ariano prædicauimus (ea enim collocata existit in quadam Planitie, à qua multæ aquę tùm fluentes, tùm etiam stagnantes parum distare videntur: ideò sub æstiuis potissimum temporibus, & autumnalibus ille Aer insaluber esse putatur, cùm non raro nebulosus appareat) si inquam Beneuentana Regio esset Montana qualis Arianensis: vtiq; illa Ciuitas quàm felicissima nuncupari posset; nāq; eius

Emporia quatuor in Beneuētana Vrbe.

No-

Nomenclatura in suis incolis atq; etiam accolis clarè verificaretur (dictum est enim Beneuentum à bene, & euenio) dum ipsis sepè sepius quippiam benè eueniret, ni ob illius aeris insalubritatem calidis diebus plerumq; ægrotassent. Si quis fortassis veterum rerũ studiosus modò à me perquiret, Quando, & Qua de causa Beneuentũ ad Summi Pontificis Imperium accesserit; cùm notũ sit illud prius à varijs Principibus fuisse obtentum ac possessum. Confestim equidem ipsum transmiterem ad Romanorum Historias legendum, presertim Summarium Michaelis Zappulli in parte secunda cap. 17. vbi planè inueniet quòd postquàm Leo Nonus Bambergæ Ecclesię quoddam Tributum reliquerat (illud enim ipsa singulis annis Summo Pontifici prestabat) pro huiusmodi rei compensatione Imperator Henricus Tertius eidẽ Maximo Pontifici Beneuentum in sui Potestatem, ac Posterum dominium tribuit, anno nimirum 1051. Quo in loco nunc minimè silendum est, quod ipsemet Leo iam Pontificia Authoritate fungens extitit maximæ Vitæ probitatis, atque incredibilis Pietatis erga pauperes. Quapropter litteris traditũ est, vti etiã refertur ab eodẽ Zappullo Historico Neapolitano loco nuper citato, quòd cùm ipse Romæ vidisset quendam leprosum, continuò à vehementi charitatis affectu conflagratus illum hospitem excepit, atq; ita fæda lepra coinquinatum in suo proprio toro cubantem hilari fronte permisit; qui quidẽ ægenus deinceps amplius non visus est; dũ matutinis horis post somnum Pius Pontifex Optimus accesserat ad cubiculum, vbi requieuerat. Idcirco leprosus ille ab omnibus tunc extimatus fuit esse CHRISTVS Dominus, qui sub forma, & habitu illius miserrimi pauperis eidem Sancto Pontifici apparuit. Sed de his obiter, & ad reliqua aspectu digna

Beneuentum cur sic à veteribus nũcupatum.

Beneuẽtũ quando, & qua ex causa deuenit in dominiũ Sũmi Põtificis.

Leonis ix probitas, & maxima erga Pauperes Pietas.

ab Arianensi ista Ora reuertor. Itidem prospicitur Terrecusium, Monscalcus, Frigentum, Gripta Minarda, Montella, Lapium, Monsmilectus, Oppidum Mōtis Fuscoli, vbi modò residet Præses, cum tribus Auditoribus, qui Iudices extāt supremi totius huius Prouinciæ. Non relinquendum tamen erit celeberimum illud in toto penè terrarū Orbe Templum Montis Virginis quod hinc etiam manifestè inspicitur; quāuis distet 25. circiter milliarijs: etenim tantæ pietatis, ac deuotionis extat, vt etiam ab ista Ariani Ora (dum illud homines obseruant) Santissimæ Virg. MARIAE auxilium implorent. Præterea non erit silentio inuoluendū, quòd quiuis serpentes, vti à senioribus quoque cognitum fuit, qui reptant per regiones, quas sacrum illud Templum deuelat, parum nocere solent; cum tamen alijs in locis, eiusdem speciei serpentes plurimū obesse assueuerint: quemadmodum etiā traditum est de Bruchis, qui sunt locustarum genere herbas, & arborum frondes erodentes; etenim huiusmodi animalcula in ijsdem Regionibus, quas sacrum illud Virginei Montis Fanum respicit, nil detrimenti afferunt, sicuti apud Apuleam segetibus potissimum inferre solent, in qua interdum visi sunt ij antè messē quamplurimos agros deuastasse, ac deuorasse: cùm in tanta copia esse soleant, vt interdum ad instar densarum nubium nobis occultent Solis radios. Dicitur quoque de Tarantulis, quod istæ in ijsdem partibus versus sacrum illud Templum nihil noceant, quamuis in illis met reperiuntur, cū tamen sciamus apud quasdam eiusdem Apuleæ Oras maxima detrimenta hominibus affere: namq; vt inquiunt Medici, atque experientia ipsa testatur, quòd eæ Tarantulæ ob morsū mirabilia symp thomata causant, vt equidem elapsis annis obseruaui in Fr. Ignatio Capuccino, quem curabam

Templū Montis Virginis apud Arianenses patens.

Bruchi cur nō lędant segetes Arianenses.

Historia de quodā Capuccino morso à Tarantula.

rabam in Conuectu Spiritus Sancti huius Ciuitatis, qui iam regressus ab Apulensi Regione, vbi se inscio morsus fuerat à Tarantula; cuius venenum deinceps Ariani fuit detectum: quoniam dum ipse fuisset oppressus à vehementi cordis afflictione adeò angebatur; vt nullo modo in lecto iacere valuisset: quapropter equidē illum interrogaui, an in ijs Apuleæ partibus à Tarantula demorsus fuisset? atquè eò magis, quia per totum Augusti mensem ibidem commoratus fuerat; quando huiusmodi Animalia; vt quàm maximè sæuire apparent; inquit mihi id nunquam in se animaduertisse. Veruntamen quia videbam praua ea sympthomata nullo modo concomitari potuisse leuem febrim, qua ipse laborabat: ideò ego maximoperè de Tarantulæ morsu verebar. Quapropter vt illud cunctis clarescceret (iam accersito peritissimo Fydicine Arianeo) dum igitur hic fydium chordas pulsasset, confestim ille exurgens saltare cæpit, & planè magnos, atq; concinnos, cum quibusdam ordinatis motionibus saltus patrare videbatur, ac si ipse à Magistro fuisset edoctus, quod & mihi, & reliquis Capuccinis, atque etiam quibusdam alijs Arianensibus spectantibus nō leuem admirandi ansam præbebat, dum nobis enarrauit se nunquàm in sæculo saltādi artem edidicisse: quinimmò affirmauit tunc illā semper damnasse. Vt autem venerandus ille Sacerdos in laboriosis ijs saltibus aliquam requiem aucuparetur inspicere solebat quoddam rubri coloris sericum, ex cuius porrò aspectu aiebat magnam animi hilaritatem sensisse, & vigorem in dictis saltibus. Atq; ità ipse tandem laxatus ex vehementibus ijs corporis motibus, ac iam perfusus ingentissimo sudore penè exanimatus in terram decidebat: cuiusmodi exercitiū sex diebus exercuit cum sonis, & saltibus: atque sic illius Tarantula-

Antitodū Veneni Tarantulæ Musica.

ni Ve-

ni veneni Antitodum Musica extitit, cum postremò liber omninò euaserit. Idcirco commendãdus erit Hieron. Mercurialis Medicus doctissimus, dum libr. secundo de morb. venen. cap. 6. testatur præ cæteris aduersus morsum Tarantulę magnopere facere musicam. Sed de his obiter, & ad institutum reuertor. Inspicitur quoq; ab ista Arianensium Regione Castrũ Sancti Nicolai, atque alterum quod vocant, la Pietra Sanctissimæ Annunciatæ Neap. Nec nõ quędam alia videntur circum vicina Castra, & Oppidula, quæ singula quàm maximam oblectationem circumspicientibus afferant, nemo certè inficiari poterit: Planè preter iam dictas Ciuitates, varia castra, atq; Oppida prospiciuntur etiã diuersæ siluæ, quàm plurimæ Valles, multi Montes, nõ paucæ vineæ, & quędam alia videri solent, quæ tẽpore presertim verno, atq; æstiuo circumspicientibus eximiam oblectationem afferre consueuerunt. Quapropter mirum non est si huiusce Ciuitatis accolæ ob cõgruam loci eminentiam, atq; aeris salubritatem ducant salubriorem vitam, quàm alibi ducere soleant. Imò addere mihi nunc liceat, quòd si quis à mense scilicet Maij vsque ad Octobris dies à Cronico morbo conualescens huc accesserit; vti equidem obseruaui viginti sex ab hinc annis, quibus hoc in loco Medicinam exercui, quàm citò ad pristinam sanitatẽ perduci assueuit. Atqui porrò de eiuscemodi oportuna aeris mutatione arbitror locutum fuisse elegantissimum Cornelium Celsum, quando lib. prim. suæ medic. circa initiũ cap. 3. sic dixit, Ex salubri loco in grauem prima hyeme; ex graui in eum qui salubris est prima æstate trãsire melius. Certè huismodi Celsisticum monitum optimũ esse manifestè obseruatur in hac Ciuitate; quæ cum sit locus salubris, dum ijs temporibus Appuli homines, vel

Aeris mutatio ex Celso quãdo sit facienda.

es, vel quæuis aliæ gentes, quę alijs in locis minus salubribus morabantur, quos peritissimus ille Medicus graues vocat, vitam illic parùm sanam ducunt; quando tamen hic persistunt, salubriori corporis valetudine frui solent; quod sanè mihi valdè admirandum non videtur: cum sciam hanc Montanam Ariani Regionem nullum habere conuicinum stagnantiũ aquarum lacum, aut alias propinquas partes nidorosum halitum reddentes, sitque propterea eius aer saluber, qui continuam fere perflationem à Ventis habet: namque vt inquit noster totius medicinæ parens Hippocrates, quò magis ille moueri, atque euentilari apparet, eò salubrior reddi solet pro vitalium cordis spirituum refrigeratione ac refocillatione: quaobrem iuremeritò Arianẽsis iste Aer salubri nomine dignari videtur; quia, actentis quorumdam aliorum locorum qualitatibus aeris, purus existit: cuiusmodi est, qui nec paludis halitu infectus est, nec qui ex cloacis, quæ Vastum aliquod oppidum purgant, vitium contraxit; nec qui ob stagnum, aut vicinum flumen nebulosus extat. Taceo equidem in præsentia, quòd Arianum, parum tamen extra Ciuitatem, optimos habeat fontes; etenim ęstiuo tempore aquæ satis algidæ gustantur, suntque tenues, vt à bibentibus nil detrimenti sentiatur; quæ quidẽ aquæ optimę mihi videntur; cum illæ singulas habeant conditiones, quas pro aquarũ bonitate obtinere retulit idem Hippocrates libr. de aere, locis, & aquis; quando sic ibi scripsit: Aquæ optimæ sunt quæ è sublimibus locis, & terræ tumulis profluunt, hæ enim dulces sunt, & albę: per hyemem calidæ, per æstatẽ frigidæ. Quis quæso inficiari poterit plerasq; ex nostris aquis ab excelsis quibusdam locis, & collibus fluere? Nemo porrò arbitror, qui illas benè obseruauit. Neq; verò negabit

Aer qualis sit saluber ex Hipp.

Arianenses fontes & Vin. optima.

Hippocrates quales aquas putauit optimas.

easdem aquas sub hyemalibus diebus esse calidas, sub æstuosis autẽ frigidas;cùm id sensibus pateat: etenim dum ab ijs fontibus æstiuo tẽpore hauriuntur, statimque bibuntur, tantam frigiditatem qui eam potant sentire solent, quantam quispiam percipere assueuit ex alia aqua si niue refrigerata foret: Atqui contrà eædem aquæ hyiemali tempore satis calent: quāobrẽ quædam mulieres, dum pannos sub hyeme abluunt, manifestè experiuntur dictorum fontium aquis refrigeratos pedes excalefacere. Quomodò autem duo ij effectus contrarij ab eadẽ causa emanent sub diuersis temporibus, non difficulter physicam rationem redderem, nisi à proprio Instituto recessisse viderer. Licet Arianenses aquæ ob nuper relatam Hyppocratis auctoritatem non parum commendandæ sint: nihilominus de vinorum quoque huius Ciuitatis bonitate aliqua dicenda essent,nisi de ijs à me quædam obiter dicta fuissent apud Tractatum tertium dum agerẽ de Prognostico Cinerum post Veseui montis conflagrationem. Profectò Arianum, quemadmodum supra dixi, comendandum etiam videtur ob eius vbertatem circa res penè singulas pro Humana natura necessarias, atque propter aeris salubritatem pro habita sanitate tuenda, & amissa rehabenda; etenim credendum erit doctissimo nostro Galeno nono meth. meden. quod aer ipse est id absq; quo nec habita sanitas teneri, neq; ammissa recuperari potest. Planè apud quāplurimos manifestũ est hanc Ciuitatẽ, quæ quinquaginta circiter milliarijs ab Vrbe Neapolis distat,& viginti circiter ab Apulea, præter aeris salubritatem exuberare quoque frumento, vino, oleo, carnibus, lacticinijs, atque etiam varijs fructuũ generibus, namq; si in præsenti anno 1634. de horum abundantia loquamur, quis non videt ipsam vberimam esse?

Vbertas rerũ apud Arianum pro hominũ Vsu.

esse? quoniam frumentum modò venditur septem Carolenis, atque etiam minori pretio il Tummolo, (vt vulgò dicam;) Vinũ autem in Vineis venditum fuit duobus carolenis in cadum Neapolitanũ, cuius mensura est sexaginta carafarum huius Regni. Atqui oleum quoq; in præsentia vili pretio venditur, cũ habeatur (vt vulgò etiam dicatur, duobus Carolenis la pignata) quæ est capax trium dictarũ cum dimidio carafarum: quarum rerum pretium alijs quibusdam in locis satis maius esse haud quaquam dubitari potest ab ijs, qui diuersa loca adeunt. Prætereà non parùm (ni fallor) eadem Ciuitas ex eo etiam commẽdanda videtur, quoniã licet illa sit Montana quędam Regio, attamen sub diuersis planitiebus extat constituta; atque ita vti nuper dicebam, eius aer sæpè sæpiùs à quolibet vento perflari solet. Verùm quoque si quæ aliæ Vrbes æstiuos dies laboriosè ducant ob eximium calorem, nihilominus Arianenses tunc vernale penè tempus experiri assueuere: neque verò calidis diebus potum niuali algore refrigerant; cùm habeant quasdam Cellas vinarias satis frigidas: vt exindè ipsi ne dum frigidum vinum hauriant, verùm etiã aquam, atque fructus, dum hos sub æstate ibi refrigerandos parant. Attamen aliæ gentes tunc opus habent huiusmodi Niuis ministerio quodammodo necessario ob æstuosam aeris constitutionem: ideò continuò ad illius vsum confugiunt: quod equidem dixerim ipsos non solum rationabiliter perpatrare, sed etiam salubriter efficere: quemadmodum à me fusè scriptum est libr. de vsu, & salubritate Potus Niue frigefacti, quem dicaui Illustrissimo DD. Ludouico Rodulphio Romano Nobilissimo. Neque verò aliquis mihi dicat istam Ciuitatem vernalibus, atque æstiuis quidem diebus amenam esse nihilominus autumnali, & hye-

Arianum sub æstate non valdè æstuat.

Soluitur obiectio tacita de Ariani aere sub hyeme.

& hyemali tempore esse valdè acerbam (vt ita dicam) ac duram incolatu, cum sit Montana quædam Regio iam varijs Ventis obnoxia, atque magnis niuibus parata. Quia ei facilè responderem; quoniam, vt cætera quędam alia loca omictam, anno 1614. quando Troiæ Medicinam exercui, ego expertus fui Vrbē eam sub hyemalibus, & autumnalibus diebus frigidiorem fuisse, quàm sit Arianum, quamuis illa sit iuxta Apulensem Regionem, vel, (vt melius dicam) principium Apuleæ. Cuius rei admiratio planè in me statim desijsse apparuit, quando animaduerti eam Ciuitatem esse iuxta quosdam Montes, pręsertim illum, quem vocant Aluerone, in quibus diù niues persistere solent: Idcirco dum venti pręsertim Aquilonares perflant, tunc equidem ibi magis a frigore corripiebar, quàm dum fuissem in mea Patria adhuc ijsdem ventis perflantibus. Veruntamen huiusmodi Arianensis Regio ab excelsis montibus valdè distat, cum circum circa varias habeat, vti supra dicebam, planities: ideò quando niues alibi longo temporis interuallo adesse videntur, hoc in loco paucis diebus durare solent. Quàmobrem mirum cuiquam esse non debet si hyemalibus diebus ista Arianea Ora, & si quodammodo Montana esse appareat, non sit tantæ frigiditatis, quantam quidam homines in ea esse sibi coniectare assueuerunt. Quamuis Arianum ob præfatas res non nihil sit predicandum: nihilominus ex eo potissimum mihi commendandum videtur, quòd olim floruerit quibusdam viris, non solum varijs litterarum generibus præditis, verùm etiam in armis ingenuè peritis; quoniam, etsi plurimæ aliæ gentes propter bella, quæ tunc vt quàmmaximè vigebant, se Hostibus victas præstarint, cum nō potuerint illorū robori resistere, nihilominus Arianenses

Arianum cur hyeme non valde frigeat vt quędam aliæ Ciuitates.

Arianenses armis præditi atque litteris.

nenses eorum fortitudini admodum fisi iam acclamãtes magna constãtia suum legitimum, & Catholicum Regem, semper restiterunt infidelibus inimicis, atque ita in certaminibus victores permanserunt. Vndè manifestè colligitur ipsos eo tẽpore armis satis præstasse, atque etiam litteris, vt mox mox dicam. Quamobrem quispiam facilè sibi persuadere poterit, quòd tunc Arianum benè gubernabatur; cùm sciamus Imperatoriam Maiestatem oportere nõ solùm armis decoratam esse, sed etiam legibus armatam, vt vtrumq; tempus, & bellorum, & pacis rectè gubernari possit. Quòd autem eo tempore Arianenses in armis valdè versati extiterint, manifestè patet ex varijs, & quidẽ eximijs Priuilegijs iam in Archiuio huius Ciuitatis conseruatis, in quibus præsertim legitur, quòd ipsi à Rege Ferdinando I. fuerint cohonestati titulo costantissimi, & fidelissimi Populi, cùm illi elapsis sęculis (vt nuper dicebam) aduersus illius Regis hostes alacriter oppugnarint; atque tandem in pugnis victores euaserint. Planè antiquo ęuo Arianenses semper constantissimi fuere cùm ipsi in bellis aut vicerint, aut etiam apprimè restiterint suis inimicis, qui plerumq; videntes Ariani potentiam permagnam esse, statim ab obsidione desistere solebant. Verùm vt reliqua alia bellica certamina, & obsidia omictam, non præteribo tamen illam Regis Rogerij Normandi, quam aduersus Arianenses ipse molitus fuerat in anno 1138. anno primo Pontificatus Innocen. secundi. Etenim apud Cronicon Falconis Beneuentani pag. 329. legitur quòd Rex ipse cum Duce suo filio, simulque eorum exercitu aduocato super Ciuitatem Ariani Comitis Rogerij venit, statim Rex ille Vrbem obsedit, & lignorum machinas ad expugnandum eam fieri mandauit: Ciues autem, & milites, qui cum eis

Arianum cur antiquo æuo benè regebatur.

Rogerius Rex quo anno obsedit Arianum.

erant nihil ex his, quæ ingerebãtur, metuebant: ducentos enim milites, & viginti ferè millia armatorum in Ciuitatem introduxerunt. Rex itaque sic eam paratam, & munitã aspiciens, Castra moueri præcepit, & furore cõmotus vineas, oliuas, & arbores, & sata eorum, quę inueniri poterant, incidi mandauit, & deuastari; atque ita Ciuitatem illã dimictens biduo per confinia illius moratus est. In historia huius antiquissimi Scriptoris manifestè patet eximiam fuisse, & animi, & corporis fortitudinem Arianensium aduersus præfatum Regem, quamuis ipse magno exercitu eos obsedisset, quoniam isti suæ fortitudini, ac in armis peritiæ admodum fisi, nil ex his quæ ab hostilibus gentibus ingerebantur, formidabant; quamuis ij optimè sciuissent Rogerium illum Regem fortissimũ eius exercitum proximè tunc elapsis mensibus conuertisse in sui potestatem, atque Imperium non solum Ciuitates, & Castra Capitanatæ (vt idem Beneuentanus Falco retulit) sed etiam cunctas Ciuitates Apuleæ, & maritimas, excepto tamen Bario Vrbe, quæ cũ fuisset benè munita, statim Rex ab eius obsidione aduersus illam decessit, quoniam eiusdem Vrbis Princeps quatringentos milites secum detinebat præter Ciues quinquaginta millia habitantium. Ex his manifestè liquet in bellicis illis diebus duas dũtaxat Ciuitates à potẽtissimo Normãdi Regis exercitu euasisse, Arianum quippe, & Barium; quamobrem hæ duæ Vrbes inter alias Appulas, atque maritimas tunc ab eodem Rogerio superatas, Victorię palmam ob potẽtiam, & fortitudinem meritò consequutæ videntur. Neque verò subticendum erit, quod deinceps Arianum (anno scilicet 1190.) quamuis à Theutonicis magno exercitu fuerit obsessũ, nihilominus illis Arianenses constanter, ac fortiter adeò restiterunt, vt tan-

Detrimenta Arianẽ. sitũ ob obsidium Rogerij.

Arianum & Bariũ Rogerij Imperiũ euaserũt.

dem

dem victores aduersus suos hostes permanserint, quẽadmodum etiam liquet apud eumdem Falconẽ historicum in Cronicon pag. 148. Profectò ijdem Arianenses olim polluerunt ne dum Armis, verùm etiam litteris; etenim relictis iam quibusdã Illustribus Viris, ac Patritijs huius Ciuitatis, cũ singula ea obiter solũ mihi scripsisse libuerit, non autem ex proprio instituto, quod ad Episcoporum Catalogum tendit: ijs inquam omissis, non relinquam tamen Vrsum Leonem Arianeũ, de quo nullus ambigere debet, quòd ideò ipse Episcopatu eiusdẽ Patrię fuit cooptatus à Nicolao V. Summo Pontifice, quoniam ipse varijs disciplinarum generibus fuerat imbutus. Quapropter Alphõsus tunc Neapolis Rex eius merita apprimè cognoscẽs ob ingentem illius eruditionem, morum honestatẽ, ac Religionem, ipsi apud pręfatum Max. Pontificem, vt Ariani Præsul eligeretur, maximè suffragatus est; quia cùm priùs ipse fuisset Thesaurerius in Cathedrali Ecclesia huius Ciuitatis, posteà extitit non solum maior Capellanus apud eumdem Regem, sed etiam fidelissimus orator: quod sanè manifestè patet ex scriptis authenticis cuiusdam Priuilegij illius Regis mihi exhibiti ab V. I. D. Ioanne de Leone meo Conciue; vbi inter cætera sic legitur. *Nos autem sincerę deuotionis, & fidei, ac gratorum obsequiorum merita supplicantium, & signanter venerabilis viri Vrsi Leonis Thesaurerij, Ariani Oratoris, & Capellani fidelis Nostri dilecti in Nostra Curia personaliter existentis, ad nostra seruitia, & continuè nostram insequentis Maiestatem, qui ne dum prędicta, sed maiora suis exigentibus meritis, & seruitijs à nostra Maiestate rationabiliter promeretur, &c.* Neq; verò in præsentia aliquis mihi dicat ijs in scriptis Regijs colligi dumtaxat præfatum Vrsum Leonem fuisse quidẽ Thesaureriũ Ariani, non

Vrsus Leo Patritius Ariani & Episcopus

Priuileg. pro Vrso Leone Patritio Arianensi Regijs Alphonso

Obiectio tacita de Vrso Leone soluitur.

ni, non autem constare ipsum extitisse Arianensem, quippè natum in eadem Ciuitate; cum ille potuerit esse Aduena, & in altero loco ortus: quoniam etiam legitur in quodam Instrumento rogato per egregium Notarium Donatum Tantarum Arianeum sub anno 1449. quando idem Vrsus fuit requisitus à RR. DD. Canonicis eiusdem Ciuitatis vt obseruasset, & custodisset singulas eorum Constitutiones, & consuetudines, quemadmodum obseruatæ fuerant ab alijs suis prædecessoribus; sic enim ibi refertur post recensitos quamplurimos Canonicos, *Existenti etiam ibidem Reuerendissimo in Christo Patre, & D. D. Vrso Leone Conciue nostro Dei, & Apostolica gratia Ariani Episcopo, &c.* Ex quibus manifestè constat sagacem, & eruditum illum Præsulem fuisse eiusdem Ciuitatis Ariani: quemadmodū scimus etiam extitisse Nicolaum Hipolitum, qui ob insignia eius merita nonnihil quoque suam Patriam decorauit: quoniam à Iulio II. Summo Pontifice non, solum fuit cooptatus Archiepiscopatu Cesarien. verùm etiam Episcopatu Ariani, vbi ipse fuerat ortus: qui quidem Insignis Antistes (vti etiam infra narrabitur) perbellè exornauit magna ex parte anteriorem locum suæ maioris Ecclesiæ plateā versus, qui iam fuerat dirutus ob magnum terræmotum sub anno 1456. quod quidem pium opus tot sui Prędecessores aggredi minimè tentarunt, attamen ipse cùm esset Patritius noster Conciuis nullis laboribus, nullisq; expēsis pepercit, vt illam Cathedralis Ecclesiæ partem perficiendā curasset cum statuis Sanctiss. OTHONIS Ariani Protectoris, atq; ELISEARII Comitis eiusdem Ciuitatis. Planè hic Præsul, & quidem sagax Arianensis Patritius in eadem sua maiori Ecclesia multa alia perfecisset, ni ipse tam citò hinc ad meliorem, vt piè credendum est, Patriam decessisset; quo-

Nicolaus Hipolitus Patritius Ariani & Episcop.

set, quoniã vix duobus annis isto Episcopatu fuerat insignitus, quòd vita illius optimi Regiminis iam à suis Conciuibus ad longum çuum tunc exoptata in celerrimam mortem fuit commutata. Scimus tamen ipsũ quædam bona stabilia Romæ reliquisse, quibus postea successit Cæsar Passer Patritius eiusdem Ciuitatis meæ vxoris Dianoræ Bononiensis Consanguineus, dum suus Pater, atque deinceps ipsemet illius hæreditati ob proximum consanguinitatis gradum successisset. Quamobrem idem Cæsar ad Almam eam Vrbẽ quosdam suos filios misit nimirum Galeatiũ, & Dariũ vt bona illa cum essent stabilia, ibi vendidissent; non enim valdè distantia erãt à celeberimo illo pro infirmis Hospitio Sancti Spiritus: quod planè tandem adimpletũ fuit ab altero eius filio nempè Fabio meo Patruo, facta iam illorum bonorum alienatione quibusdam Romanis nonnullis centenis aureis; Qui quidem Fabius V. I. D. dũ esset Archipræsbiter Cathedralis suæ Patriæ, atque Rector Parocchialis Ecclesiæ Sancti Ioannis de Valle eiusdem Ciuitatis, non paucos annos in hac Vrbe Generalis Vicariatus munus exercuit sub Episcopatu Victorini Mansi, post cuius obitum fuit etiam electus à RR. DD. Canonicis Vicarius Capitularis: quare dũ posteà (anno scilicet 1612) successisset Octauus Rodulphius Nobilissimus Romanus; atque iste optimè cognouisset eximiam eius gubernandi habilitatem, & peritiam ne dum apud Arianensem Clerum, verùm etiam Diocesanum; idcircò eum continuò suũ Generalem Vicarium declarauit; Semper enim ipse magna animi liberalitate, ac modestia (vti tantum Ariani Patritium decebat) suas, aliorũque res peragebat, vt nimiæ humilitatis potius (si ita licuisset) quàm superbiæ a quopiam redargui potuisset. Neq; verò hac nostra tempestate defuerũt

Nicol. Hipolit. Ariani Episcopatu duobus annis insignitus

Cæsar Passer Nicolai Hipolit. successor in quibusdã bonis.

Fabij Passeris offic. in sua Patria.

alij Arianenſes, qui eorũ Patriam varijs diſciplinarum generibus decorare enixè conati ſunt: etenim in ijs plus olei (vt ita dicam) quã vini conſumpſiſſe viſi ſunt. Ex quibus porrò in primis extitit Decius Memmolus Patritius Arianeus, cuius eximiã eruditionem ac religionẽ olim cognoſcens Paulus Quintus elegit illum Secretariũ ſui ſtatus: huius enim inſigne munus non niſi doctis, peritis, ac fideliſſimis viris concedi ſolet. Quamobrem cum Summus ille Pontifex eius merita, ac præſtantiam ſciuiſſet, vltrò permiſit huiuſmodi a ſecretis munus ab ipſomet octo annos exercendum. Cumque eo tempore Sipontinus Archiepiſcopatus vacaſſet; licèt eximia eius dignitate à quamplurimis ſatis cõcupita, idem Paulus V. illum cohoneſtare inſtituerit, iam attentis apud ſe gratis ſuis ſeruitijs, atque meritis: attamen ipſe præ nimia humilitate excelſum illum gradum omninò renuit potius contẽptus eo Canonicatu quẽ in Tẽplo Sanctę MARIAE Maioris apud Vrbem tunc obtinebat. Omittuntur quidem nonnulla magna onera, quæ ipſimet ab Eminentiſſimo DD. Ioanne Garzia Cardinali Millino impoſita fuere, in quibus ſanè vniuerſali omnium, pręſertim ſui Domini comendatione, & applauſu adeò profecit, vt ea ne dum apud Romanos Aulicos fuerint nota, verùm etiam apud exteras gentes. Quamuis peritiſſimus ille Memmolus multis in perarduis rebus ſæpè ſepiùs occupatiſſimus extitiſſet, attamen interdum nonnihil à ſomno ſubtrahere ſolebat, vt vigilans aliquot elucubrationes, & quidẽ pias compoſuiſſet: atque inter reliquas concinnauerit ſummam illam Sacram Tragediam, quam externa hebdomada ego legi iam imbutam ne dum pijs, ac religioſis ſermonibus, verùm etiam exuberantem diuerſis, & quidem probis virtutũ generibus. Cuius

Decius Mẽmolus Arianẽſis Pauli V. Secretarius.

Opuſula Decij Mẽmoli Patritij Arianenſis.

bonum

num ac pium Opufculum dignum extitit, vt RR.
D.Monialibus,& Abbatiffæ Monafterij S.Susãnæ
mæ exiftentibus poft immaturum eius obitum cõ
raretur. Compofuit quoque exornatum quoddã
ud Opufculum de Vita, Templo,& Miraculis Sã-
rum Quatuor Coronatorum iam dicato præfato
ninentiffimo Millino. Pfanè haud etiam omitten-
m eft quantũ Illuftriffimus Chriftophorus eius fra
in litteris profecerit; dum Neapoli effet in cele-
rrimo illo Theatinorum Cætu; vbi,& philofophi-
, & Theologicis Difciplinis Summo ftudio, atq;
ore incumbens tandem ob eximia eius merita à
egorio XV. Rubenfi Epifcopatu infigniri meruit,
ius Ecclefiam in pręfentia tanta morum honeftate
identia,ac religione regit, tantaq; doctrina ac vi-
antia gubernat,vt infigniaeius opera ad maiorem
dum tendere videãtur: Quemadmodum eamet
fpiciũtur in altero fratre,quippe D. Bartholomeo
i multis ab hinc annis in eadem Veneranda Thea-
orum Republica diuerfis litterarũ generibus fuit
ucatus, concionandi præfertim difciplinis, in
ibus porrò ipfe adeò profeciffe vifus eft, vt multæ
uitates,& alia loca,in quibus tam doctè Concio-
s habuit,teftimoniũ perhibeant de eius doctrina,
igione, & fructu; dum Auditores beneuolos in
diẽdo,actentos,ac dociles reddebat,vt ipfi prom-
è à malis declinantes ad bonum opus perpatrãdũ
cederent; quemadmodum quoslibet CHRISTI
omini affeclas decere certũ erat. Quàmuis Ariani
bs nõnihil gloriari debeat de pręfatis Nobilibus
ris,quos ipfa priorib. annis Patrio aere enutriuit,
ilominus eadem Ciuitas maiori gloria, vt quam-
ximè affici debet, quia nunc alterum Alumnum
iorem fratrem, nempè Aloyfium habet Comitẽ;

Christophorus, Mēnolus Episcop. Rubensis.

Bartholomeus Mēnolus Theatin.

Aloysius Memolus Patritius Ariani Comes Pastinarum.

qui cùm Romæ quamplurimis annis moras fecisset, ibi ob ingenuos, ac probos eius mores, atq; virtutum præstantiam non mediocrem apud quosdã Amplissimos Cardinales, atque etiam alios Principes beneuolentiam captasse visus est: Quamobrem mirum nõ fuit si deinceps idemmet Arianensis Patritius ob insignia eius merita ab Vrbano viij. Pastinarum Comitatus titulo fuerit insignitus ne dum pro se ipso dum viueret, verum etiam pro suorum hæredum, & successorum beneficio, quemadmodum manifestè patet ex priuilegio seù Breui eiusdem Sũmi Pontificis dat. in Arce Gandulphi diœces. Albanen. sub Anulo Piscatoris die 18. mensis Aprilis 1633. Anno vero sui Pontificatus X. Ob cuius quidem Comitatus dignitatẽ idem Aloysius non solum Memmolorũ veram Prosapiam ad altiorem honorem euexit, sed istam Ciuitatem decorauit; cum in presentia aliquot Ciues obtineat, qui ab Antiquorum suorum Prædecessorũ grauitate, ac Nobilitate minimè degenerare videntur. Sicuti quoque haud quaquam degenerat Perillustris Dominus Federicus eius vnicus filius, qui tanta morum honestate, tantaque animi solertia, & magnanimitate præditus est, vt modò cuiquam mirum esse non debeat, si apud magnates Beneuentanos habeatur; etenim ipse non solum Nobilitate insignitus extat, verùm etiam diuitijs affluens; quibus porrò illam (quemadmodum huiuscemodi Patritium decet) & conseruare, & decorare plurimùm valet. Non abs re fortassis in præsentia aliquis veterum Historiarum studiosus dicet, cur equidem in superioribus dixerim Arianum idcirco à Rege Ferdinando Primo meritò insignitum fuisse titulo Populi costantissimi, ac Fidelissimi; quoniam antiquo æuo Arianẽses semper fuerunt fortissimi, & costantissimi; cùm ipsi in arduis quibusuis

Priuileg Comitatus Aloysij Memoli ab Vrbano viij.

Federicus Memolus inter Beneuentanos Patritius insignis.

bususuis

busuis bellis aut fortiter restiterint suis hostibus, aut tandem in pugnis Victores euaserint: facilè quispiam in hoc postremo dubitare posset, atque promptè asserere id ipsum potius gratis fuisse dictum, & absque aliquo fundamento; cùm ego ibidem minimè demonstrassem alicuius Ciuitatis, aut etiam aliorum Castrorum Victoriam ab ijsdem Arianeis post hac consecutam fuisse. Vt igitur huiusmodi dubitatio ab eius animo omninò deleatur, consonum esse animaduerti, vt modo paucissima alia addantur, quibus porrò manifestè ostendetur. Seniores meos conciues præter resistētiam, quam habuerunt aduersus, nōnullos suos hostes; quemadmodum supra probatum est; olim quoq; subiugasse in eorum dominium Seppiam Ciuitatem quoniam manifestum est apud quædam prisca monimēta iam scripta, & quidem proprijs digitis, à S. OTHONE huius Vrbis præstantissimo Protectore sub die decima tertia mensis Septembr. ann. 1181. quæ hoc nostro sęculo conseruantur in Archiuio Episcopatus eiusdem Ciuitatis; vbi quàm manifestissimè apparet, quod scilicet, dum ipse heremiticam, & quidem Sanctam vitā ageret in quadam satis angusta Cello, contigua Ecclesiæ S. Petri extra Arianum, ægrè ferebat quando Arianenses, vt quàm maximè se iactabant, ac gloriabantur de multis, quæ antiquo æuo Ciuitati eorum Patriæ fęliciter successerant, & potissimum de magna Victoria quam consecuti erant tempore destructionis Beneuēti iam factæ à Totila Rege: tunc igitur ipsimet Seniores mei Conciues promptè irruerunt varijs armis muniti aduersus dictam Seppiam Coloniam Beneuentanam, quæ à Beneuento decem milliarijs distabat, hinc autem sex; atq; ita illam alacriter oppugnantes, ac tandem fortiter vincētes duxerunt captiuos cunctos Seppianos Arianum cum maxima variorū bonorū preda;

Sappio Ciuitas subiugata ab Arianensis.

quàm

quamobrem cùm illorum hominum maxima esset copia statim Arianēses diuiserūt illas in octo ferè Tribubus in totidē Regionibus Cāpestribus circū circa Ciuitatē erigentes illi tuguria ad habitādū, quæ tunc erant totidem Villæ cū domibus lapidibus, & cemētis constructis; quarū incolę, quemadmodū etiā notatū est apud dicta monimēta eiusdē S. nostri Protectoris OTHONIS, gaudebāt priuilegijs Ciuiū, & immunitatibus: atq; ita illæ pro maiori parte denominabātur à nominibus Sanctorū, quos in eorū Patrocinium obtinebant: sicut inter cętera fuit Castrum illud S. Eleuterij, q deinceps post multorū annorū curriculū fuit donatum Rayno Episcopo, Capitulo, & RR. DD. Canonicis Ariani ab Ermogauo de Sābrano tūc Comite eiusdē Ciuitatis quemadmodū recēsebitu, dū suo loco agā de isto Antistite, qui q dē Comes, vt obiter id modò dicatur, dum esset Pater S. Elisearij, atq; iste oppressus esset à pniciosissimò quodā morbo Epidemiali sub anno scilicet 1303. fideliter vouit apud S. OTHONEM p eius salute, quā posteà ipse meritis, ac præcibus huius S. Hæremitæ efficaciter adeptus est: quamobrē Ermogauus ille ob acceptā p dilectissimo filio gratiā nō fuit ingrato animo erga Ecclesiasticos: quoniā cū eo tēpore vidisset corpus Illius Sancti magno cultu, ac Religione cōseruari in Maiori Ecclesia huius Ciuitatis, sicuti etiā refertur à me in 2. tract. de vita, & Patrocinio eiusdē S. OTHONIS erga Arianēses, sūma liberalitate ipse dono dedit prædictum Castrū S. Eleuterij, nec nō multa alia bona præfato Rayno Presuli, Capitulo, & Canonicis, vt eadē Ecclesia ob huiusmodi Comitis bona opulētior effecta in dies melius propagari, exornari quę potuisset; atq; præterea copiosiores Canonici decētius eidē Cathedrali inseruire valuissēt. Porrò id postremū adimpletū fuis-

se

se autumādum est tempore fratris Ioannis Episcopi Ariani, qui cōpleuit, vt infra suo loco narrabitur, numerū viginti Canonicorū, quorū series vsq; ad hanc nostrā ætatē perseuerat. Verū modò vt recēsere prosequar aliquot alios meos Conciues, qui eorū Patriā, & doctrina, & Religione nimis decorare tētarūt, non derelinquā R.P. Fr. Hieronymū Berardellū Arianēsē Capuccinū, q ab hisce terrenis ad Celestē Regionē, vti piè credēdū est, decessit die .s. 26. mens. Septemb. 1619. dū esset Neap. in hospitio infirmorum Sanctiss. Cōceptionis. Iste. n. tāta eruditione, pietate, & cōcionādi facūdia polluit, quātā in præsentia multæ gētes adhuc eo defūcto prædicāt, præsertim Neapolitana, dū apud ipsorū maiorē Vrbis Ecclesiam, quippè Archiepiscopatū nō solū semel, sed etiā bis, atq; iterū illū audierūt; cuius doctrina, ac dicendi, docēdiq; modus magnus vtiq; extitit: Ideò mirū nō fuit si ipse multis annis legerit ne dum vniuersā philosophiā, verum etiā cunctā Theologiā Capuccinis, atq. præterea alijs sęcularibus auditoribus, qui ad eorū gymnasia cōfugerant, vt tam eximiū Doctorē, ac magistrū, vt ediscerent, actencte audiuissent. Atqui ita cum rectè eiusdē benè regendi munus in sua Religione à cūctis cognosceretur, vnanimiter omnes huiusce Prouinciæ Capuccini elegerunt ipsū suū Prouincialē, in quo quidē gubernādi officio quantā idem multis in cōuentibus profecerit, cuiquā notum est: vt etiam pie putatur de eximia eius vitæ probitate, ac pietate: cùm ipse sub asperrima suę Religionis vecte, magna ciborū abstinētia, varijs corporis afflictionibus, diurnis, ac nocturnis orationibus Deo Opt. Max. triginta quinq; annis apprimè seruiuerit: Attamen in præsentia tacere mihi liceret de Reuer. P. D. Paulino Barberio meo fratre; nisi illud in Decus Ariani suæ Patrię potius sedumdaret, quàm in popularem huius mundi auram

F. Hieronimus Berardellus Arianēsis Capucc. Prouinc.

F. Hier. Berardelli vita probitas.

Paulinus Barberius Gen. Montis Virg.

auram, quam equidem semper abhorrere assueui. Etenim ipse vbi quinquaginta octo annis Deo seruiuisset in Congregatione Monacorum Montis Virginis, singula eiusdem Cœtus onera sub æstu, geluque portauit: atq; in primis Procuratoris generalis munus in Romana Curia, duodecim annos subiuit, quo in loco sæpè sæpius cùm Eminentissimis Cardinalibus quæ ad eius Religionem quàmmaximè spectare videbantur, accuratè pertractabat, atque etiam interdum cũ Summ. Pontific. præsertim cum Paulo V. Peractis itaque tot, tantisque in Romana Curia atque alibi officijs, tandem ipse à singulis Prioribus, & Abbatibus fuit *Romæ* electus Generalis totius illius Congregationis die scilicet 19. mensis Aprilis 1619. iam præsente Eminẽtissimo Cardinali Lancellotto, Romano pro huiusmodi electione tunc facienda deputato ab eodem nuper pręfato Pontifice Optimo Max. cuius speciali gratia obtinuit Palliolum, quod vocant (lo *Mozzetto*) quo reliqui Episcopi vti solent. Quapropter ipse in illa Dignitate eo vsus fuit; atque etiam in præsentia posteri vtuntur: An autem idem D. Paulinus in veneranda illa sua *Religione* multa alia Priuilegia pro eius commodo, decore, & vtilitate in eadem Romana Curia impetrauerit, verbum aliud non refero, cùm iam multis notum sit ipsum p eiusdem Mõtis Virginis Cętu plurimùm Romæ insudasse. Attamen in præsentia id subiicere non pigeat, quòd cùm ille tot annis in varijs, & quidẽ insignibus muneribus perseuerauerit cũ assensu ac beneplacito singulorũ Monacorum qui eum in eodem gubernãdi officio confirmarunt; Indicium manifestum cuipiã esse debet, quod idcircò id contigisse apparuit, quoniam ipsemet tunc conabatur, vt singula, quæ ad dictam Congregationem plurimum actinere videbantur, in melius semper propagarentur. Deniq; ille iam

Paulin. Barberius quãdo & vbi fuit electus Generalis

iam vltimo senio confectus (attingebat enim octuaginta circiter annos) dum post Generalatus labores sibi elegisset Abbatiam Vrbis Capuæ, ita idem eodē in loco diu correptus à quodā morbo Cronico obijt nona die Mensis Augusti 1623. Namque sempiternæ Veritatis extat aphorismus nostri peritissimi Hippocratis, quod scilicet senes iuuenibus vt plurimum ægrotant minus : diuturnis autem morbis correpti fere commoriuntur. Cuius corpus tunc in proprio Monasterio illius Ciuitatis fuit sepultum; verùm postea paucis ab illinc mensibus illud translatum est à Reuerendissimo P. D. Pio Milone tunc eiusdem Religionis Generali suo successore ad Sacrum, atque in toto terrarum Orbe celeberimum Templum Montis Virginis; quod deinceps sollemni Processione omnes Monaci tempore Capituli ibi existentes concomitati sunt vsque ad locum, vbi nunc humati sunt quidā alijs eiusdē Congregationis Generales. Illud quoq; nunc silentio haud inuoluendum arbitror, quòd tot sui Prędecessores Generales, dum illius supremi Officij dignitate functi sunt, atque ita in eorum Abbatijs demortui semper in propria Ecclesia sepulti sunt, numquam vero delati ad Sacrum illud Montis Virginis Templum, quemadmodū translatum fuit Corpus præfati D. Paulini, sicuti mihi relatum fuit à quibusdam senioribus Monacis eiusdem Virginei Montis. Quòd planè mihi non valdè mirum fuit, tum quia sciebam ipsum quinquaginta octo annorum intercapedine in eo semper venerando cętu magna Religione, eximiaque humilitate polluisse; tum etiam quia non ignorabam ipsum erga Sanctissimam Deiparam Virginem Mariam, cui eam consecratus erat Sacer ille Mons, tanta pietate ac deuotione præstasse vt pro illius celeberrimi Templi propagatione nullis labori- bus

Paulinus Barberius vbi obijt, & quò fuit translatū eius Corpus.

bus in Romana Curia atque etiam alibi diu, noctuque pepercisset: Quamobrē congruum erat (sic Deo cum Immaculatissima eius Genitrice permittente) vt in Sacro illo Virgineo Monte eius ossa vsq;ad Vniuersale Iudicum conseruarentur, quòad ipsius anima cum eodem corpore connectari valeret. Neque autem omittendus modò est Reuerendissimus P. D. Ioannes Iacobus Iordanus Generalis Montis Virginis, qui licet in Castro Baroniæ fuerit ortus; nihilominus, quia Ariani fuit educatus; cùm primæuos, recentesque suos annos in hac Ciuitate cū suis Consanguineis duxerit: idcirco ipse iure optimo Arianensis fuit nūcupatus, quem quidē incolā, atque Conciuem quilibet eiusdem Vrbis Patritij ob raras eius animi dotes habuisse minimè dedignati sunt; quinimò id plurimum illis placuit. Etenim manifestum est puberi ætate flagrasse eximia auiditate, vt iam relictis sæcularibus ocijs religiosos sectaretur labores: quapropter vt se Deo optimo maximo, eiusque Sanctissimæ Genitrici quàmmaximè addixisset, sūmo mentis feruore adiuit Congregationem Montis Virginis, vbi Monacorū S. Benedicti habitu à R.P. Amato Porra tunc Generali eiusdem Religionis fuit indutus; in quo sanè Cętu iam ab omnibus semper venerando quantum ipse optimè profecerit, atque præstauerit quàmplurimos ne dum nimia pietate, ac doctrina, verùm etiam eximio gabernandi munere, facilè à quopiam coniectari poterit, qui ritè animaduertet insignia eius officia, quæ in eadē Religione subiuit, atq; opera iam peracta vsque ad presentem diem. Namque notum est, quòd præfatus Porra cum eum adhuc adolescentem vidisset iam habilem extitisse, vt aliorū quoque Monacorum curā habere valuisset, continuò illum Priorem Monasterij S. Benedicti Arianei declara-

Ioannes Iacobus Iordanus Generalis Monti Virginis.

Io. Iacobi Iordani ingressus in Religione Mōtis Virginis.

Varia Religionis onera Montis Virginis portata à Io. Iacobo Iordano.

clarauit. Atqui deinceps cùm (eo iam defuncto) in Generalatus dignitatem successisset Paulinus Barberius, elegit illum suum Secretarium, nec non Abbatem S. Gulielmi; quod profectò ab ipso adimplendum minimè fuit ex eo, quia tūc suus Conciuis erat; verùm potiùs, quia idem Barberius eius merita optimè obseruans autumauit eum adhuc adolescentem ad eiuscemodi Abbatialem honorem iurè promoueri posse. In cuius quidem Ecclesiæ onere ipsemet Iordanus adeò rectè se gessit, vt alius successor Generalis, quippè Clemens Niger, illum cooptauerit præstantiori alia Abbatia, quam vocant, Della Penta; atq; etiam deinceps altera apud Romanam Vrbem, nēpè S. Agatæ Montium: In quibus postea Pius Milonus succedens Generalis cùm percepisset eum valdè profecisse, magnoque conatu incubuisse dictorum Monasteriorum vtilitati: Ideò mirum non fuit si iam attento eius gubernandi munere ipsum in Generali Capitulo promulgauerit Diffinitorē, atque Visitatorem totius Religionis. Itaque deinceps electus Petrus Danuscius eiusdem venerandi Cœtus Generalis, dum quoque benè animaduertisset insignia eius merita, illum non solum Abbatem Montis Virginis Vrbis Neapolis declaruit, sed etiam Procuratorem Generalē totius Ordinis in Romana Curia; in qua porro quantùm ipse insudauerint pro rebus, quæ ad suā Religionem apprimè spectare videbantur, non difficulter conijci potest: cùm tūc apparuerit manifestissimè, quando post dicti Danuscij obitū omnes Priores, atque Abbates ipsum elegerunt Generalem eiusdem Sacri Virginei Montis Congregationis corā Eminentissimo Cardinali Boncompagno ad id deputato, dum esset Neapoli, ab Vrbano viij. Cuius prę-stātissimi Generalis opera multa quippè fuere (omis-

ſa iam eius doctrina, quam ipſe varijs in locis propalauit, dum concionem habuit: in ea enim quantū ipſe profecerit, equidem in præſentia vti ſuus conciuis facilè taceo; cùm haud ignorem quamplurimos exteros homines adhuc virtutibus præditos, illum valdè commendaſſe, atque etiam in præſentia commendare: quoniam ipſum in quarumdam Ciuitatum Pulpito piè atque efficaciter loquentem audiuerunt) Planè nonnulla inſignia opera ipſe geſſit, vt hac noſtra ætate non adſit memoria, quòd ab alijs ſuis Prædeceſſoribus ſimilia peracta fuerint: quamuis multò pluribus annis eadem Officia ſubiuiſsent; etenim dum ipſe eſſet Abbas in Vrbe Neapolis, iam clarum eſt, quòd videns quandam dormitorij partem illius Monaſterij ruinam minari, eximia prudentia eam confeſtim reſtaurādam curauit cum quibuſdā alijs locis pro commodo Monacorum ibi pro tempore exiſtentium; quod quidem, vti mihi relatum fuit, non paucis impenſis peractum eſt, ſed magnis; cùm exceſſerit ſummam ducatorum octincentorum. Præctereà idem vigilantiſſimus Generalis perfecit apud Retum (hic .n. locus diſtat à Sacro illo Virgineo Monte quatuor circiter milliarijs, in quem tranſmicti ſolent ægri iam ibi curandi à languoribus ſuis; cùm in nuper dicto Monte, & Monacis, & ſęcularibus ſit prohibitum veſci carnibus, ouis, vel quouis alio lacticiniorum genere) multa inquam apud Retum ipſe perpatrauit; Verùm vt in præſentia ego relinquam alia quædam ædificia, non ſilobe tamen multos parietes, quos efficiendos mandauit circum circa viridarium, quod cùm ſit vaſtum, nimirum capacitatis quinq; penè terræ modi orum, facilè à quopiam iudicari poterit magnns ibidem ſumptus perneceſſarios fuiſſe. Sed quid ego inquam de tot alijs, tantiſq; ædificijs, quæ

Varia opera in Religione Mōtis Virgi. patrata à Io. Iacobo Iordano.

idem

idem Pius Generalis per fecit in celeberrimo apud totum terrarum Orbem illo Montis Virginis Templo; Sanè quamplurima ea extitere; quemadmodũ in presentia cuipiam manifestissima apparēt, dum ad Sacrum illum Montanum locum accedunt: quamobrem rationabiliter dici potest, quòd diligentissimus iste vir in ijs perficiendis sudauit multum, atq; alsit. Verumtamen, vt equidem incipiam à Maiori Naue eiusdem Ecclesiæ, iam perspicuum est, quòd ipse illam restaurauit, atq; diuersimodè exornauit; nec non alteram à sinistris minorem consummauit pro quorum quidem ædificiorum erectione, ac perfectione quàmplurimos sumptus esse impensos minimè negari potest. Prætereà idem Iordanus animaduertens Monacos nocturno tempore valdè olim perpessos esse quasdam malas corporis valitudines ob eximiam loci frigiditatem, dum ad antiquum Chorum, quod est satis magnum, accedentes recitabant Horas Canonicas: Idcirco pro singulorum commodo eorũq; salubritate curauit construendum aliud Chorum minoris magnitudinis, vbi Monaci nunc commodiùs, ac salubriùs sub noctu Diuina Officia exercere possunt Quoniam vero maius Chorum non leui quoq; restauratione indigere videbatur; idcirco vt pulchrius, pro hominum aspectu, atq; aptius pro eorundem Monacorum vsu redderetur; ipsemet sagax Generalis illud quoq; quibusdam ex partibus resarciendum, & exornandum enixè studuit. Neq; autem erit silentio inuoluendum, quòd ille quoq; construendũ mandauit, prout de facto nunc construi videtur Altare Maius in eadem Sacra Montis Virginis Ecclesia cum varijs marmorum, & porphyritum generibus; quorum omnium sumptus, licèt excedat sũmam mille ducatorum; attamen huiusmodi impensæ haud

paruipendendæ erunt;cùm singula reddãt totum Tẽ-plum satis concinnum, atq;perbellum, vt hac nostræ ætate vix aliud simile Altare in quouis alio,licèt celeberrimo,Fano conspici possit. Postremò haud quaquam aliquis inficiari potest, quòd accuratissimus iste vir pro eius Congregationis vtilitate, ac decore diù,noctùq; nil intentatum reliquit, non solum dum ipse dictarum Ecclesiarum erat Abbas, verum etiam quando Generalatus Munere fungebatur. Sed vt equidem alia omittam,non tacebo tamen quòd idem dum in Mense Ianuarij proximè præteriti huius anni 1634. Romanam Curiam adiuit, summa vigilantia, maximisq; laboribus [illegible] Religione nonnulla ibi pertractauit cum quibusdam Eminentissimis Cardinalibus, atq; Summo Pontifice Vrbano VIII. à quo ipse eximia benignitate nunc obtinuisse dicitur nigrum Byretum,quo Episcopi modò vti consueuere: cuius modi sanè Priuilegium quanto honori, quantæq; præstantiæ sit eidem Montis Virginis Congregationi, facilè à quolibet iudicari potest. Obtinuit quoq; pro eodem Monacorum Venerando cętu ab ipsomet Vrbano potestatem, vt posthac quilibet Generalis Crismatis Sacramẽto pueros insignire possit, atq; etiam tunicam pelliceam portare quemadmodum reliqui Antistites: Et quædam alia ab eodem maximo Pontifice impetrauit,quæ sui Prædecessores ab alijs Pontificibus nunquam obtinuisse scitur. Idcirco summo iure Priores, atq; Abbates huius Virginei Montis Cętus sagacè hunc Generalem vnanimes in alterum triennium confirmarunt,iam prudenter animaduertentes ipsum sua animi solertia, eximiaq; pietate ac vigilantia in posterum cunctam eorum Congregationem in melius fore propagaturum. Quibus porrò insignibus officijs, ac laboriosis gesti-

Obtenta ab Vrbano viij per Iordanũ Generalẽ pro Congregatione Montis Virginis.

bus

bus à præfato præstantissimo viro sic religiosè, & accuratè peractis, quispiam in præsentia non difficulter ominari potest (vti etiam equidem ominor) quòd attento ipsius meritorum fastigio ob eius doctrinam, morum probitatem, atq; benè regendi facultatem eruditus iste Generalis, tā diuino auxilio adminiculante, ad altiorem gradum, quippè Episcopatus, quamcitissimè transcendet.

Quàmuis autem omnium, & singulorum Episcoporum huiusce antiquissimæ Ciuitatis Ariani nomina in præsentia scribenda mihi non liceat ob causas, quas equidē in superioribus retuli: nihilominus quæ inuestigaui, ac reperi in Archiuio eiusdem Cathedralis, & Episcopalis Curiæ, nec non alibi, vt congruæ petitioni illius Illustriss. Comitis mei Conciuis satisfaciam, modò recensere non grauabor: Verùm vt eiuscemodi exordium à primo habeatur.

S. LIBERATOR MARTYR fuit Episcopus Ariani ex relatione à Beneuentanis.

MAINARDVS Episcopus Ariani sedit circa annum 1070. Sub Pontificatu Alexandri Secundi, qui sedit Annos ij. Menses [illegible], & dies 22. Cuius Antistitis maxima merita cognscens Gregorius vij Tuscus Monacus cum in publico Concistorio Cardinalium numero adscribendum declarauit anno. Insignis iste vir dum esset Episcopus construēdum curauit in Cathedrali Ecclesia Sacrum Baptismalem Fontem supra quem erexit semper satis Venerandum Crucifixum qui adhuc conspicitur, magnoque cultu (vti decet) ac eximia pietate colitur. Huiusmodi Sacer Fons hoc nostro etiam çuo est in vsu pro Hominum regeneratione: sub quo quidē Lapideo Baptismatis Lauacro hi versus sub gallicis quibusdam caracteribus leguntur.

Crucifixus à Mainardo Episcopo erectus supra fontem Baptismalem.

Hos

Versus sub fonte Baptismali Ariani.

Hos fontes Sacros huc ad Baptismatis vsus
Huic Presul Sanctę Mainardus contulit alue,
Patauij natus, clarisq; parentibus ortus.
Martyris Ermolai ducens ex ędibus almi:
Nobilium studio sibi subueniente Benigno,
Qui quasi more Bouum mittentes sub iuga collum:
Hos traxere piè fontes sub amore MARIAE.

Huiusmodi Sacer fons in vno, & quidē satis magno lapide confectus est, qui porrò talis ponderis esse videtur, vt vix centum homines illum portare valuerint: Ex quibus cùm ij fuissent Nobiles, vt præfertur, qui illum proprijs humeris gestarunt; idcirco nunc facilè conijci potest olim in ea Arianensium Nobilitate maximam humilitatem, ac religionem erga res Sacras apprimè fuisse. Hic Præsul interfuit Consecrationi illius celeberrimi Templi Cassinensis iam factæ ab Alexandro Secundo sub die prima Octobris, quæ erat Sabbati anno Diuinæ Incarnationis 1071. quemadmodum legitur apud Cronicon Anonymi Monaci Cassinensis: Cuius sollemnissimæ illius Ecclesiæ Consecrationi interfuerunt quoq; cum eodem Summo Pontifice quinque Cardinales, septem Archiepiscopi, atq; triginta nouem Episcopi, præter nonnullos alios Prælatos. Profectò maximus aliorum hominum numerus extitit cuiusuis dignitatis, & conditionis qui illuc confluxerant: quamobrem rectè dicebat idem Anonymus loco nuper citato pag. 171. Monachorum quot millia cum suis Abbatibus ad tantæ festiuitatis gloriam conuenerint, nequaquam recoli posse: quia nec videri quidem omnes potuerunt: Principes autem Capuani Riccardus, & Iordanus filius eius, & Iordanus Patruus, Gisulphus Princeps Salernitanus, Pandulphus Princeps Beneuentanus, Sergius Dux Surrentinus,

Arianenses Patritij pij erga res Sacras.

Quot Cardinales Archiepiscopi & Episcopi interfuerunt consecrationi Templi Casiinensis.

tinus,& alij. Cæterorum autem Potentium, Comitumq; seù nobilium omnium circum quaq; terrarum tanta adfuit multitudo, vt eorum numerum ne dum nomina præfatus scriptor recensere potuerit: quàmobrem sic ibidem ipsemet subdit: Quid autem populorum turbam memorem? quæ proculdubio tanta extitit, vt non modò totius Monasterij ambitum; non modò omnium officinarum etiam tecta compleuerit, sed etiam ipsa quoq; itinera ab ipso vertice Montis vsq; ad radices eius ita frequentia constipatione sua repleuerit, vt vix alicui fortissimo aliquo modo inter eos gradiendi facultas esset. Omnibus igitur his summo gaudio, præcipuaq; deuotione tantæ festiuitatis gratia congregatis summo, vt oportuit, honore dedicata est præfata Ecclesia eo tempore cum quinque altaribus suis; ex quibus videlicet duo, idest Sancti Benedicti, & S. Ioannis idem Pontifex maximus Alexander manu propria consecrauit: Altare verò Sanctæ MARIAE Ioannes Episcopus Tusculanensis, Sancti autem Nicolai Erasmus Episcopus Signinus consecrarunt. Sed de his obiter ex occasione mihi præstita a præfato Mainardo Ariani Episcopo, qui sollemnissimæ illius Cassinensis Templi consecrationi interfuit.

Altaria erecta in Templo Montis Cassinensis.

PEREGRINVS EPISCOPVS ARIANI sedit circa annum 1277. sub Pontificatu Nicolai III. Romani, qui sedit annos duos, menses octo, & dies 20. Sed non abs re in præsentia aliquis quæret, quòd scilicet à tempore Mainardi Episcopi vsq; ad Peregrinum intercesserint ducenti circiter anni: cur alij Præsules, qui in tanto anniorum curriculo Ariani fuerũt, nunc non memorentur? Planè euiscemodi rei quęsito satisfacere minimè fui grauatus, quando ego circa initium huius Catalogi differens de Antiquitate

eiusdem

ciusdem Ciuitatis, rationem reddidi, cur scilicet hoc nostro æuo omnium, & singulorum Episcoporum notitia nobis occultetur. Sed fortassis idem rursus à me sciscitabitur, cur præfati Mainardi memoria non fuerit deleta, quemadmodum reliquorum Priscorum Antistitum vsq; ad tempus prædicti Peregrini. Certè si animaduertamus lapidem, in quo adnotati extant illi versus, quos supra recensui: cuiquam mirum non videbitur si illius antiquissimi Præsulis adhuc in nobis sit memoria; non autem reliquorum: quoniam huiusmodi lapis cum extet satis vastus, & magnus, atq; appareat pseudomarmoreus, qui est maximæ densitatis, ac duritiei, mirum non est si is minimè cõfractus fuerit tempore, quo corruta fuit Cathedralis Ecclesia huius Ciuitatis ob tremendum illum terræmotum, qui contigit anno 1456. cum obitu duorum millium hominum: quemadmodum prophetizatum fuerat à S. OTHONE Ariani Protectore, vti docetur dum agam de Vrso Leone Arianensi Episcopo eiusdem Ciuitatis. Interim verò mihi tacere non licet de eodem nostro præstantissimo apud Deum Patrono, quòd scilicet ipse quamuis extitisset Romanus è Fregipanorum familia nobilissimus, fuissetq; insignitus aureo cingulo à Lothario Imperatore, nihilominus ipse relictis omnibus huius mundi Pompis; ac multis, quas Romæ possidebat, diuitijs; huc accessit, vt hæremiticam, & quidem asperam vitam duceret in quadam satis exigua cella iam contigua Ecclesiæ S. Petri, non valdè ab ista Vrbe distanti. Quod sanè angustum illius Sancti Heremitæ domicilium adhuc persistit absq; vlla ruina; ac si paucis ab hinc annis fuerit ædificatum: cùm tamen excedat quatringentos sexaginta annos: in cuius quidem cella idem nobilissimus quires nonnullis miraculis resplenduit;

Mainardi memoria cur non fuerit deleta, vti reliquorum Episcoporum Antiquorum Ariani.

S. Othonis Ariani Protectoris vita Heremitica.

Cella S. Othonis antiquissima adhuc persistit.

que-

quemadmodum ego retuli in secundò tract. dum agerem de vita, & patrocinio Sancti OTHONIS erga Arianenses, non solum apud hunc Populum, verùm etiam apud exteros alios homines. Sed de his obiter, & ad reliquorum Ariani Episcoporum sermonem deuenio.

4 RAYNVS EPISCOPVS ARIANI sedit circa annum 1304. sub Pontificatu Clementis Quinti Burdegensis Vaschi, qui sedit annos 8. & dies 20. Huic Antistiti, & R. Capitulo, nec non Canonicis Ariani Ermogauus de Sambrano Gallus Comes eiusdem Ciuitatis, qui fuit Pater Sancti Elisearij dono dedit quoddam Casale Sancti Eleuterij cum nonnullis terrarum petijs, vti constat ex priuilegio mihi exhibito ab Illustrissimo DD. Paulo Caiatia ad presens Episcopo Ariani iam confecto sub anno 1307. quod quidem Casale non valde ab hac Ciuitate distabat. Atq; præterea donauit quasdam alias terras, in quibus dicitur olim fuisse Silua Nigra, quæ eodem nomine hodie nuncupatur. Nec non supradictis elargitus est alias terras, in quibus priùs erat Silua Trelapoli, & Silua dicta Lasplinia in pertinentijs eiusdem Ciuitatis. Ex cuius donationis priuilegio cuiquam manifestè patet Ermogauum tunc Comitem Ariani magna religione ac pietate prestasse erga Ecclesiasticos, cùm tot bona, quæ erant maximi momenti, fuisset elargitus prædicto Episcopo, & Canonicis.

Ermogauus Pater S. Elisearij bona quædã donauit Ecclesiæ Ariani.

5 ROSTAGNIVS EPISCOPVS ARIANI sedit circa annum 1309. sub Pontificatu prædicti Clementis Quinti. Hic Antistes constituit certum numerum duo decim Canonicorum in sua Cathedrali Ecclesia. Quo tempore dominabatur S. Elisearius, eratq; Comes huius Ciuitatis, non autem alterius cuiusdam terræ Galliæ apud Narbonam, vti falsò narrauit Ni-

Tempus Comitatus S. Elißarij in Ciuitate Ariani.

colaus Lelius in quodam Opuſculo, quod dicauit Illuſtriſſimæ Annæ Mariæ Ceſiæ Perettæ Principiſſæ Venafræ, dum ageret de eiuſdem Sancti Vita, aduerſus quem multa à me dicta ſunt in tractatu ſecundo ſupra etiam citato, quæ ſcripſi de vita, & patrocinio S. Othonis erga Arianenſes. Atqui hoc in loco obiter ſciendum eſt, quòd ſub Pontificatu dicti Clementis Quinti fuit translata Sedés Petri ab Vrbe Romæ ad Aueniorum Coloniam apud Galliam, vbi perdurauit vſq; ad tempus Gregorij XI. interſtitio annorũ ferè ſeptuaginta. Idem Clemens confirmauit Conſtitutionem factam ab Vrbano Quarto ſuo prædeceſſore circa feſtiuitatem Sanctiſſ. Corporis CHRISTI ſub die Iouis poſt octauam Pentecoſtes. Quod quidem celeberrimum feſtum ideò à præfato Vrbano inſtitutum fuerat anno 1264. quoniam maximum circa Sanctiſſimam eam Euchariſtiam Miraculum contigit: quod planè in præſentia referre minimè grauabor: vt deinceps quiſq; in illo admirabili Sacramento multa maiori religione, cultu atq; animi feruore magis accendatur. Accidit igitur, quòd quidam Sacerdos dum Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebraret in Eccleſia Sanctæ Chriſtinæ de Poleſena, quæ eſt Diœceſis Oruieti Vrbis Hætruriæ, dubitauit poſt conſecrationem circa immenſam veritatem eiuſdem Sanctiſſimi Sacramenti; quamobrem conſecrata Hoſtia, quam ipſe in ſuis manibus retinebat, confeſtim cœpit emittere viuum ſanguinem, qui totum corporale, vt vocãt, cruento colore infecit: quod porrò proprijs oculis videns Sacerdos ille, continuò ab ipſomet Chriſto Domino totius humani generis Redemptore de huiuſmodi dubitatione miſericordiam expopoſcit: atq; ex tũc eius dubitatio in maximam certitudinem degenerauit: Quàmobrem ipſe dein-

Sedes Apoſtolica quãdo Roma in Galliam fuit translata.

Miraculũ circa Sanctiſſimum Chriſti Corpus.

deinceps in alijs miſſarum ſacrificijs poſt Hoſtiæ cõſecrationem reliqua nonniſi magnis lacrimis perficiebat. Quod ſanè miraculum cum ad aures eiuſdẽ Vrbani Quarti perueniſſet, ſtatim ipſe mandauit vt Epiſcopus Oruieten. illud Corporale ſic ſanguine intinctum ſollemni proceſſione illinc ad ſuam Ciuitatem deportaret. Quod porrò ab eo Antiſtite ſtatim fuit adimpletum: atq; ita vſq; ad præſens noſtrum æuum illud magno cultu ac pietate conſeruatur in maiori Eccleſia eiuſdem Ciuitatis, quò tranſlatum fuerat à dicta eius Diœceſi. Quamobrem eo tempore commiſſum fuit Doctori Angelico, quippè S. Thomæ de Aquino, qui tunc ibi Philoſophiam publicè profitebatur, vt peculiare quid de huiuſmodi Sanctiſſimo Sacramento compoſuiſſet; quod certè ipſe non plurimorum menſium intercapedine adimpleuit: quemadmodum in præſentia eiuſcemodi rei teſtimonium perhibent doctiſſima eius ſcripta, præſertim Hymnus ille, cuius exordium eſt; *Lauda Sion Saluatorem* &c. Sed de his etiam obiter, & ad reliquorum Ariani Epiſcoporum narrationem tranſgredior.

S. Tho. de Aquino quid compoſuit de Sacramento Eucharistia.

6 FRATER ROBERTVS EPISCOPVS ARIANI ſedit circa annum 1342. ſub Pontificatu Clementis Sexti Lemonicenſis Monaci Benedictini, qui ſedit in Cathedra Petri annos decem, & menſes 7. In cuius fratris Roberti Epiſcopatu mihi obiter annotaſſe liceat, quòd Roberto Rege Neapolis iam defuncto ſub die 20. menſis Ianuarii 1343. fuit relicta vidua Regina Sacia eius vxor, quemadmodum relatum fuit à Michaele Zappullo in Summar. Hiſtoriar Neapolis cap. 5. quæ quidem mulier cum fuiſſet religioſiſſimis moribus inſignita, iam depoſito Regio, ac nobiliſſimo induſio ſe vilibus induit, & quidem aſperis veſti-

Roberti Regis Neapolis obitus, atque eius vxoris Regi.

bus Sancti Francisci, quem semper à teneris annis magna pietate ac religione apprimè coluerat. Tandem ipsa obijt in Monasterio Crucis, quod anteà eamet Regina in eadem Vrbe ædificandum curauerat cum quibusdam alijs, nimirum S. Mariæ Magdalenæ, atq; Aegiptiacæ.

7 FRATER IOANNES EPISCOPVS ARIANI, qui sedit circa annum 1356. sub Pontificatu Innocentij VI. Lemonicensis Galli, qui sedit annos sex, menses octo, & dies 26. Prædictus Episcopus instituit numerum viginti Canonicorum, quorum Series vsq; ad præsentem diem perseuerat: atq; ità ista Cathedralis nunc à RR. DD. Canonicis benè excolitur; dum in eadem Ecclesia oportunis horis Diuina officia recitant, atq; missas celebrant. Qui quidem Canonici modò secundùm quandam quotidianam introituum distributionem absq; vlla præbenda viuūt; quamuis quispiam ex ijs in aliqua dignitate fuerit constitutus in eadem Cathedrali Ecclesia.

Episcopus qui instituit numerum xx. Canonicorum in Ecclesia Ariani.

8 THOMASIVS EPISCOPVS ARIANI, qui sedit circa annum 1358. sub Pontificatu eiusdem Innocentij Sexti.

9 FRATER DIONISIVS EPISCOPVS ARIANI, qui sedit circa annum 1364. Sub Pontificatu Vrbani V. Lemonicensis Galli Monaci, qui sedit in Cathedra S. Petri annos 8. menses 2. & dies 23.

10 GIROLDVS EPISCOPVS ARIANI sedit circa annum 1382. sub Pontificatu Vrbani Sexti Neapolitani, qui sedit annos XI. menses VI. & dies VII. Hic Summus Pontifex celebrauit annum Iubilei. Sed fortassis admirabitur aliquis, vti quoq; quodammodo ego admirari videbar, cur scilicet præfati Episcopi in eorum monimentis, quæ Ariani reliquerunt, suum cognomen, & patriam tacuerint: cum tamen ea

Antiqui Episcopi cur eorū patriam, & cognomen tacuerint.

propa-

propalare debuissent tum ob posterum ex eadem familia nobilitatem, tum etiam ob eorum patriæ decus. Cuius admirationis ansam à me continuò abstulit D. Paulus. Caiatia nunc Episcopus eiusdem Ciuitatis, quando mihi dixit in antiquorum scriptis, quæ ipse obseruauit, Prælatos, quippè Episcopos suū dumtaxat proprium nomen annotasse, nulla tamen habita ratione patriæ, & cognominis. Atq; ita statim huiusmodi admiratio in me desijsse visa est, cum sciam eum esse doctissimum virum, atq; in antiquis Sacrorum Canonū lectionibus valdè versatum. Verumtamen qua de causa Præsules illi præscribi non permiserint in eorum monimentis patriam, & cognomen: huiusce rei rationem reddere in præsentia non est facilè, nisi dicamus illos præ nimia humilitate, nè ob superbiam satis intumescerent, ea tacuisse; aut etiam quia antiquiori æuo sic à suis prædecessoribus fuerat obseruatum.

11 ANGELVS DE RAYMO Neapolitanus Episcopus Ariani, qui fuit Ordinis S. Benedicti, sedit circa annum 1429. sub Pontificatu Martini III. qui nuncupabatur Quintus Romanus, qui sedit annos 13. menses tres, & dies decem.

12 ANGELVS DE GRASSIS Sipontinus Episcopus Ariani sedit circa annum 1446. Sub Pontificati Eugenij Tertij Veneti ordinis Canonicorum sęcularium, qui sedit annos 15. menses 11. & dies 21.

13 VRSVS LEO ARIANENSIS Episcopus eiusdem Ciuitatis sedit circa annum 1449. Sub Pontificatu Nicolai V. Sursanensis, qui sedit annos 8. & dies 19. Hic Pręsul, qui fuit patritius Ariani iam satis dilectus ab Alphonso Neapolis Rege ob ingentem eius eruditionem, fidelitatem, atq; in agendo eximiam peritiam. Idcircò antequam ipse eiusdem Patriæ

Epi-

Episcopatu cooptaretur à prædicto Nicolao, non solùm fuit maior Capellanus illius Regis, vti quoq; in superioribus relatum est, sed etiam peritus Orator, atq;ita aliquot annis in eius Curia versatus est;quamobrem meruit pro se, suisq: posteris quædam priuilegia,& quidem non minoris momenti ab eo obtinere. Sub ipsius Episcopatu in hac Ciuitate successit vehementissimus terręmotus iam multo tempore ante prophetizatus spatio quippè annorum 275. à Sancto Othone eiusdem Vrbis Protectore sub anno scilicet 1181. quemadmodum ego retuli in tract.primo supra cit.dum scriberem de miraculosa lapidum productione in aere adinstar grandinum: ob quem porrò terręmotum iam magna Ciuitatis parte deuastata, obierunt quamplurimi homines, qui visi sunt attigisse, sicuti ex antiquis monimentis patet,numerum duorum millium,quemadmodum notatum est apud ędes Episcopales Ariani in quodam lapide plateam versus sub ijs versiculis.

Terremotus prophetizatus a S. Othone.

Versus de Terremotu qui Ariani contigit.

Fertur in obructum Mons motus improbus ictu
Terra Castrum subuertit, adesq; deiecit.
Bis hominum mille nocte dirus ille tradidit vrna
Vrsus Leo Presul, populoq;fouente daturus
Euadit sagax Aras, & templa restaurans.

Nonis Decembris 1456. Sub Diuo Alphonso Regnante,& Henrico Comite. Quo sanè vltimo versu cuipiam manifestatur prudentem illum Antistitem in maiori sua Ecclesia,quæ magna ex parte ob illum terręmotum deuastata erat, multa restaurasse. Ab eodem Episcopo Arianensi fuit constructum quoddam Sacrosanctum Tabernaculum, quod modò conseruatur in eadē Cathedrali Ecclesia apud Sacellum Thesaurariæ, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum per hanc Ciuitatem deferri solet, quod certè magni

Tabernaculum ab Vrso Leone constructum.

magni valoris ęstimatur, estq; tam maximi artificij, vt facilè à quoquam arbitrari possit, quòd vix alterum eius simile hac nostra tempestate alibi conspici possit. Atqui huiusmodi Tabernaculum idem Vrsus Episcopus quatuor annis antequam terribilissimus ille terręmotus hoc in loco successisset, ritè conficiendum curauerat, quoniam in basi eiusdem tabernaculi sic annotatum extat Vrsus Leo Episcopus Ariani Ann. Domini 1452. Petrus Esculo de Marchio hoc fecit.

14 IACOBVS PERPHIDA Romanus Episcopus Ariani sedit circa annum 1470. sub Pontificatu Pauli II. Veneti, qui sedit annos septem, menses 10. & dies 27. Hic Antistes post collapsam ferè cunctam Cathedralem ob terræmotum, qui tempore sui Prędecessoris Vrsi Leonis successerat, nonnisi magnis sumptibus ab intus restaurauit aliquas eiusdem Ecclesiæ partes præter illas iam resarcitas ab eodem Vrso Episcopo: quod profectò manifestè patet conspicienti eius stemmata excussa, & quibusdam lapidibus affixa varijs in locis fabricę ab ipsomet constructæ.

15 PAVLVS DE BRACCHIIS . . . Episcopus Ariani sedit circa annum 1485. sub Pontificatu Innocentij VIII. Genuensis Ligur. qui sedit annos septem, menses decem, & dies viginti septem. In diebus Episcopatus huius Pręsulis Carolus Rex Gallorum fuit expoliatus isto Neapolis Regno à Ferdinando II. Aragonense. Quod planè fuit maximæ tristitię dicto Episcopo: Etenim quando ille Francorum Rex regnabat, ipse manifestè Gallorum partes fouere videbatur cōtra Aragonenses: Idcirco facilè à quoquam conijcctari potest, quomodo postea ille Paulus habitus fuerit apud præfatum Regem Ferdinandum post recuperatam Neapolis Vrbem, & adeptionem aliarum Ciuitatum, inter quas etiam sub sui Imperio habuisse Arianum

Regnum Neapolis à Ferdinando II. recuperatum.

num, quàmcertissimum est ex priuilegijs ipsius, quibus decoratur ista Ciuitas, præsertim ex illo; quo declaratur ab eo, nuncupaturq; Vrbs constantissima, ac fidelissima ob rationes à me in superioribus assignatas.

16 NICOLAVS HIPPOLITVS Arianensis Episcopus Ariani, & Archiepiscopus Cęsarien. sedit circa annum 1510 sub Pontificatu Iulij Secundi Saonensis Ligur. qui sedit annos nouem, menses 3. & dies 21. quando fuit celebrata vniuersalis Sancta Synodus Lateranensis. Huius Antistitis prosapia fuit Hipolitorum huius Ciuitatis, quàmobrem dum ipse esset Ariani ortus, cunctum Clerum apprimè dilexisse visus est: atq; prætereà omni conatu studuit in maiori sua Ecclesia resarcire alia loca iam olim ob prædictum terræmotum anni 1456. collapsa; præsertim funditùs ædificauit anteriorem partem eiusdem Templi Plateam versùs; vbi collocandam mandauit non solum statuam Sancti OTHONIS Arianensium Protectoris, verùm etiam simulachrum Sancti ELISEARII olim Comitis eiusdem Ciuitatis: quamobrem præcepit quoq; vt sub vnaquaq; illorum lapidea effigie duo versus annotarentur, sicuti in præsentia leguntur: quippè sub illa S. OTHONIS.

Versus sub Statua Sācti Othonis.

Assurgas quicunq; partes spectare figuram.
Nam Pater est Vrbis nomine Diuus OTHO.

Sub altera verò Sancti ELISEARII sic legitur.

Versus sub Statua S. Eliseary.

Huius erat Dominus quondam Elisearius Vrbis
Qui meruit dici Sanctus in Orbe Sacer.

Quòd autem præfatus Præsul Patritius huius Ciuitatis construendam curauerit inferiorem partem dicti Templi Plateam versùs, facilè patet prospicienti carmina supra maiorem Portam eiusdem Cathedralis, vbi etiam legitur sub quadam lapidea Imagine

San-

Sanctiss. Mariæ Assumptæ, sub cuius titulo illa consecrata extat.

Quas tibi dat Præsul Nicolaus suscipe valuas
Virgo benigna tibi V.T. demantur crimina cuncta.

Versus supra portã Maioris Ecclesiæ.

Et paulò supra sic scriptum videtur: *Nicolaus Hipolitus Episcopus Arianensis fundauit*; Qui profectò licèt à me in præsentia ob eximia eius merita magnis encomijs efferendus esset; attamen equidem vti ipsius conciuis facilè taceo, cùm nunc dumtaxat dixisse sufficiat, quòd præfatus Iulius II. maximam eius eruditionem, ac religionem intelligens creauit illum non modò Episcopum huius Ciuitatis, verùm etiam Archiep. Cæsarien. Quapropter meo iudicio nõ leue huic Cathedrali infortuniũ extitit, quòd dũ ipse istã Ecclesiã tanto amore, ac pietate diligeret, exiguum suæ vitæ curriculum permansit: etenim vix duos annos in eiuscemodi Episcopatu vitam duxit, quòd ab hisce terrenis ad aliam mundi regionem perrexit, non absque magno totius Arianensis, ac Diœcesani Populi mœrore.

17 DIOMEDES CARRAFA Arianensis Episcopus eiusdem Ciuitatis Ariani, sedit circa annum 1512. vsque ad annum 1559. sub Pontificatu Leonis Noni Florentini, qui sedit super Cathedram Petri annos octo, menses verò octo, & dies viginti. Hic magnus Præsul vix possessionẽ sui Episcopatus adeptus fuit, quòd superiorem locum anterioris partis maioris Ecclesiæ exornandum curauit, quemadmodum sic ibi annotatum legitur: *Diomedes Carrafa Ioannis Francisci Carrafæ Arianensium Ducis filius perfecit, ac dedicauit anno* 1512. Præterea à primis annis totum ferè Episcopale Palatium huius Ciuitatis adauxit, exornauitque: vt cuipiam nunc manifestè apparet ex impositis suis Stegmatibus. Restaurauit

Episcopale Palatiũ à Diomede auctũ.

quoq;Collegiatam S.Angeli, Ecclesiam eius Abbatialem, atq; erexit, ampliauitque multa alia loca pro sua, suorumque Successorum vtilitate. Atqui dum ipse tam diù esset Ariani Episcopus, quatuor annis ante eius obitum ad Eminentissimum Cardinalatus apicem fuit euectus, quippe sub anno 1555. à Paulo IV. eius patruo amantissimo, fuitque filius prædicti Ioannis Francisci non solum Ducis Ariani, sed etiam Comitis Montis Calui, Padulæ, & quorumdam aliorum locorum vtilis Dominus. Nobilissimus iste Antistes interfuit publico contractui iam publicato in Cathedrali eiusdem Ecclesiæ, quando sub anno 1528. hæc Ciuitas oppressa fuerat à vehementissima peste, cum obitu quinque millium hominum. Itaq; eo tempore ad S.OTHONEM solemniter fuit celebratum votum, vt ipso intercedente Deus Optimus Maximus pestilentialem illum morbum à dicta Ciuitate propulisset. Atqui pro huiusmodi publica vtilitate Ciues vnanimes, & quidem gemebundi ob imminentem eorum mortem promiserunt suo Sancto Protectori in perpetuum duodecim ducatos: quemadmodum manifestè constat apud Protocollum egregij Notarij Lucij Græci: quorum Arianensium votum in præsentia quotannis à Regimine eiusdem Vrbis obseruatur in festo illius S.Heremitæ, quod celebratur die 23. mensis Martij; quo tempore Sindicus in solemni Missę celebratione coram omni populo illos offerre solet Episcopo, de quo etiam à me fusè scriptum est in 2. Tract. dum agerem de Miraculis S. OTHONIS post eius mortem. Corpus istius Eminentissimi Cardinalis fuit Romæ humatum vbi obijt; licèt Ariani extent duæ ipsius statuæ: altera scilicet iuxta Porticum huius Cathedralis plateam versùs; altera verò in pauimento propè Sacellum

Diomedes Carrafa elect. Cardinalis à Paulo iiij eius Patruo.

Diomedes Carrafa interfuit solèni voto in peste.

Corpus Diomedis Carrafæ Romæ humatum.

lum eiusdem Sancti OTHONIS circa Capellam, quam illemet dum ibi esset Episcopus conficiẽdum mandauit de Passione Domini cum Sanctis Nereo, & Archileo, quorum capita summo cultu hac nostra ætate conseruantur in Thesauraria eiusdem Maioris Ecclesiæ cum quamplurimis aliorum Sanctorum Reliquiis: Vbi quoq; in primis conseruantur duæ Sacrosanctæ Spinæ Sanctissimi Nostri Redemptoris, ob quorum præsentiam, ac translationem per hanc Ciuitatem in sollemni Processione, vti in extremis necessitatibus fieri solet, hic populus sępè sępius quod fideliter petit, efficaciter consequi solet ab eomet Deo optimo maximo.

Capita SS Nerei et Archilei Ariani conseruantur.

18 OCTAVIANVS PRECONIVS Siculus Episcopus Ariani sedit circa annum 1561. sub Pontificatu Pii IV. Mediolanensis, qui sedit annos quinq; Mens. XI. & dies 13. Nulla extat memoria alicuius beneficii, quod patrasset iste Episcopus Siculus in hac Cathedrali. Verùm fortassis aliquis ipsum excusabit, dicens ideò eum in sua Ecclesia nullum perpatrasse; quia Regimen Episcopatus breui obtinuit, nimirum duobus dumtaxat annis: quamobrem mirum non est si ob fluentis temporis angustiam nil perpatrauerit. Actamen facilè ego illi opponerem Nicolaum præfatum nostrum conciuem, qui duobus quoque annis eandem Ecclesiam regens multa peregit in sua Ecclesia, & quidem nullis parcens sumptibus, quemadmodum in superioribus à me relatum est. Quoniam ipse optimè callebat pium quemquam Antistitem, cui animarum cura subest, in Ecclesiasticis redditibus plurimum quoque debere suæ Ecclesiæ, tamquàm propriæ sponsæ, vt scilicet iis propter Dei cultum adaugeatur, exorneturque. Didicerat enim ex quibusdam Doctoribus, quòd

Ecclesiastici prouentus in quot partes diuidi debeant.

Ecclesiastici prouentus in tres partes diuidi debeāt. In primam videlicet, quod ex ea animarum Pastores seù Rectores pro se,suaq; familia,vti decebit, cōmodè viuere valeat. Secunda verò pars extat,vt ex illa eorum Ecclesia in debitis ornamentis, & seruitiis benè conseruari posit. Tandem tertia pars eorum introituum,qui illis supersunt,in pauperum distributionem concedatur. Quæ singula equidem autumo benè obseruata fuisse à Pio Nicolao Episcopo nostro Conciue: manifestè enim inter cętera scitur ipsum minimè defuisse in eo, quod suæ Ecclesiæ complendum erat, sicuti in superioribus visum est, quamuis breuissimo annorum interstitio vixisset.

Donatus de Laurētÿs interfuit Cōc. Tridem.

19 DONATVS DE LAVRENTIIS Asculanus de Apulea Episcopus Ariani sedit ab anno 1563. vsq;ad annum 1584.sub Pontificatu Pij V. Alexandrini, qui sedit annos sex, menses 6. & dies 12. Hic Antistes interfuit sollemnissimę illi celebrationi Concilij Tridentini cum ducentis alijs quinquaginta quinq; Episcopis; cuius corpus humatum est in Ciuitate Asculi eius Patria, vbi suos vltimos dies clausit quamuis ipsius statua in præsentia conspiciatur iam collocata circa medium huius Cathedralis Ecclesiæ. Non erit tamen silentio inuoluendum Miraculum,quod in eius Episcopatus tempore contigit circa Statuam S. OTHONIS huius Ciuitatis optimi Protectoris. Etenim quando iste Præsul Romę inquisitus versabatur ob quasdam aduersus eum illatas contumelias sub anno 1573. fuit propterea

Petrus Ant. Vicedomini Vic. Apostolicus Ariani.

electus Vicarius Generalis Apostolicus Petrus Antonius Vicedomini, qui deinceps Bisaccię Episcopatu fuit insignitas. Hic ergo cum primo loco accessisset ad visitandum huius Ciuitatis Cathedralē, visitauit quoq, Altare Beatissimi Heremitæ Othonis,

nis,

nis, de cuius Canonizatione cum ipse non esset certioratus in huiusmodi visitatione illicò mandauit, vt illius Sancti Simulachrum amplius in eo Sacello palàm minimè haberetur: quod planè continuò à RR.DD. Canonicis fuit adimpletum, iam illud trãsferentes ad locum Thesaurariæ, qui erat proximus Sacrario eiusdem Cathedralis. Vix præfatus Vicedomini ad solitas Episcopales ædes accesserat, quòd à pertinacissima quadam corporis ægritudine fuit aggressus: ideò quam cæperat visitationem, perficere nequiuit: Actamen in eius infirmitate semper ille in deterius pergebat, nulla enim medicorum præsidia ei prodesse videbantur, nisi tamen ipsemet cognouisset illius Sancti Statuæ translationem malè a se factam fuisse: quàmobrem ille, dum vt quammaximè ab eius affectione angebatur, statim instituit, vt ea ad idem Sacellum deportaretur; ibique vt anteà semper extitisset. Quo quidem S. OTHONIS Simulachro semper venerando ad solitum locum transposito, admirabile quidem dictu, cronica & contumacissima eius infirmitas statim desijsse visa est, atq; ita cum ipse ad pristinam sanitàtem miraculosè peruenisset, continuò decretum edidit, vt in posterum eiusdem Sãcti Statua, cum sit digna vt magno cultu, eximiaq; religione ab omnibus veneretur, numquam ab antiquo Sacello remoueretur: sicuti planè hoc nostro æuo haudquaquam remota fuit; neq verò amouebitur ob quamplurima, quibus ipse in dies resplendere videtur, miracula non solùm apud Arianenses, sed etiam apud exteras gentes, dum pro corde, veraque religione aliquid ob eius intercessionem apud Deũ exposcunt. Neq; vero, arbitror, tunc defuerunt aliqui ex optimatibus Arianenses, qui postea eidem Apostolico Vicario manifestarunt, quæ etiam priori

Miraculum quod accidit circa Statuam S. Othonis.

æuo,

æuo, nimirum ſub anno 1558. acciderat Petro de Petris Epiſcopo Luceriç de Apulea, tunc quoque Apoſtolico Vicario in hac Ciuitate propter eiuſdē Statuæ alium locum tranſlationem, quam etiam ipſe faciendam mandauerat, quando ſcilicet illius Sancti altare viſitauit. Verumtamen ob maiorem eiuſdem Beatiſſimi Heremitæ cultum ac Religionem Deus Optimus Maximus permiſit quoque vt idem Vicarius ineffabiliori alio modo premeretur, dum quippe poſt huiuſmodi viſitationem per totam noctem laborans, numquam acquieſceret, dum ſe à vehementiſſimis quibuſdam fuſtibus tunc valdè percuti videretur. Quarè cùm ipſe eo tempore habuiſſet nocturnas illas anguſtias ſe paſſum fuiſſe ob eiuſdem S. Othonis ſimulachri tranſportationem, ſtatim quoque illud ad proprium locum transferendum mandauit; atque ita deinceps Vicarius ille nocturnis alijs horis nil aliud perpeſſus fuit.

Altiſſ. miraculum circa Statuam S. Othonis.

20 ALPHONSVS DE FERRERA Hiſpanus S. T. D. Epiſcopus Ariani ſedit ab anno 1585. vſq; ad annum 1602. ſub Pontificatu Gregorij xiij. Bononienſis, qui ſedit in Cathedra S. Petri annos 13. menſes 2. & dies 8. Præfatus Præſul Hiſpanus poſtremis ſuæ vitæ annis incolatum habuit in Vrbe Neapolis, cùm fuiſſet vltimo ſenio confectus (attingebat enim penè centum annos) vt ibi ſalubriorem vitam duxiſſet: quamobrem eo tempore à Summo Pontifice Clemente viij. fuit electus eius coadiutor, cum futura tamen ſucceſſione, D. Victorinus Manſus Auerſanus, dum eſſet Epiſcopus Stabiarum. Hic Antiſtes vix ſui Epiſcopatus poſſeſſionem fuit adeptus, quod quamdam pietatem ac liberalitatem erga maiorem eiuſdem Ciuitatis Eccleſiam oſtendit, quado ex quincentis ducatis, quos pro cha-

Alphonſi Epiſc. pietas & liberalitas erga ſuã Eccleſiã Ariani.

charitatiuo subsidio, vt vocant, ab Arianensi ac Diœcesano Clero habuit, cunctos sponte distribuit pro erectione & confectione sellarum RR. DD. Canonicorum, quibus in præsentia Chorum perbellè exornatum extat: quoniam illud optimis sculpturis, atque concinnis ornamentis in nuceis tabulis adeò rectè concinnatum est, vt in quacumque nobilissima, ac celeberrima Vrbe persistere consonum videatur. Idem Episcopus erexit Sacrum Montem pietatis in eadem Ariani Ciuitate; dum esset Prorex huius Regni D.D.Ioannes Zunica Comes Mirandæ, qui confirmauit singula pro huiusmodi pio opere capitula perpatrata inter ipsum & illos, qui tunc erant de regimine, quorum Capitulorum numerus erat xviij. in quibus porrò ostēditur magna dilectio, maiorque charitas, quam habere videbatur erga pauperes eiusdem Ciuitatis, & suæ diœcesis; quemadmodum manifestè patet in monumentis apud eumdem Religiosum Montem existentibus iam erogatis Neapoli, atque confirmatis à supradicto Prorege, & suo Collaterali Regio Consilio sub die xxx. mensis Maij 1591. Ipsemet pius Antistes deinceps propagauit, adauxitque eumdem Sacrum Montem, quando instituit duas virgines orphanas Arianenses, ac totidem Diœcesanas egenas in matrimonium collocandas fore, quibus singulis quatraginta ducatos tribuendos pro ipsarum dote mādauit anno quolibet sub die 12. Maij in festo SS. Nerei & Achillei. Verumtamen huiusmodi dotes diminutæ fuerunt, post illud scilicet calamitosum incendium, quod noctu eidem Pietatis Monti contigit, die nimirum xx. mensis Decembris 1607. quo tempore quamplurima ciuium bona fuerunt combusta cum plerisque alijs pignoribus à Diœcesana gente

Chorum Cathedralis Ariani ab Episc. Ferrera cōstructū.

Mōs Pietat. ab eodem Ferrera erectus.

Dotes orphanarū ex eodem Episcopo.

Tempus incēdij in Montem Pietatis Ariani.

gente exhibitis. Atq; id planè fuit maximo detrimento huic Sacro loco: quamobrem eorundem Arianensium iactura, atq; Pij Montis æstimata fuisse excessisse summam quatuor millium ducatorum: Idcirco mirum non fuit si ex tunc eæ Orphanarum puellarum Dotes fuerint minoratæ: cùm ipsis in presentia viginti nouem dumtaxat ducati tempore matrimonij concedi soleant. Tandem eiuscemodi Religiosi operis idemmet Hispanus Præsul adhuc memor extitit, dum in vltimo suæ vitæ curriculo esset: quoniam tunc Neapoli eundem Sacrum Montem instituit hæredem in quibusdam alijs bonis, vt ille in posterum pro pauperum subsidio, & adiumento commodius propagari posset. Cuius pij Antistitis corpus in Vrbe Parthonopea, vbi tam diu incolatum habuerat, sepultum est, & quidem in Ecclesia Sanctissimæ Mariæ vbi dicitur à *Piedegrotta*, quo in loco, dum ipse viueret, magnis sumptibus, quamdam Capellam ritè exornandam curauerat, eamq; vt percepi, quibusdam perpetuis introitibus dotauit.

Damna ex incendio Mõtis Pietatis Ariani.

Corpus Alphonsi Episcopi Neap.

21 D. VICTORINVS MANSVS S.T.D. Auersanus ordinis S.Benedicti sedit primis annis vti coadiutor supradicti Præsulis Hispani: quo mortuo deinde ipsemet successit legitimus Episcopus ab anno 1602. vsq; ad ann. 1611. gubernauit hanc Arianensem Ecclesiam sub Pontificatu Pauli V. Romani, qui sedit annos 17. menses vero, & dies. Hic Antistes dum esset in amplissimo, ac celeberrimo Sancti Benedicti Cœtu Monacus ob eius virtutum culmen, ac benè regendi facultatem sibi imposita fuere varia, & quidem insignia suæ Religionis onera. Quàmuis in præsentia illud equidem taceam, dùm scilicet ipse fuit electus Præpositus in Monasterio Florentiæ, atque Abbas varijs in locis, ac præsertim in Monte

Varia officia quæ subiuit Mansus.

Casi-

Casino,& S.Seuerini Neapolis;attamem nunc silentio minimè inuoluendum arbitror;quòd planè dum ille Abbatis titulo fuisset insignitus,atque à singulis monacis summa eius pręstantia atque optimus gubernaudi modus cognoscerentur,fuit electus definitor eiusdem Religionis : in quo quidem definiendi munere semper ipse perseuerauit vsque ad Episcopatus possessionem , quam primo loco obtinuerat, Stabiarum.Neque verò etiā subticebo, quòd ob ingentia eius merita ijdem monaci vnanimes eum elegerunt supremum totius Religionis Præsidentem; & quidem iure meritò , quoniam ob eius virtutum fastigia,consonum erat vt ipse quoque ad summum eiusdem Benedictini cętus culmē efferreretur.Quòd autem iste Antistes varijs , & quidem eximijs virtutibus præditus fuerit ne dum in Philosophia , & Theologia,verùm etiam in alijs bonarum disciplinarum generibus , facilè cuiquam patere poterit qui eius opera, quæ ipse dum viueret typis mandauit, benè perlegerit.Illud quippè cuius titulum est de Ecclesiasticis magistratibus, eorumque antiquitate, dignitate cæterisque ad eos pertinentibus ex armonia Theologica , quod typis dedit, dum ipse esset Episcopus Stabiarum; Aliud verò de modo procedendi contra Regulares;tertium etiam quod composuit, quando erat Præpositus prædictæ Abbatiæ Vrbis Florentiæ de Vanitate mundi. Atqui dum primum de Ecclesiasticis magistratibus composuit, illud in lucem edidit,dedicauit Paulo V. Pontifici Maximo, quo tempore ipse Romam peruenerat, vt Apostolorum limites visitasset.Quamobrem idē Sūmus Pontifex illū inter cęteros Episcopos assistētes apud Romanā curiā declarauit. Hoc loco haud quaquam silentio inuoluendum arbitror, quod idē

Opera typis mā- data à Manso Episcopo.

Paulus Quintus cùm huius Pręsulis doctrinam ac præstantiam rectè cognouisset, mandauit vt ipse adfuisset in Concistorio, quando de Canonizatione Beatæ Franciscæ Romanæ sermo haberetur, ibique suum liberum votum de huiusmodi tam ardua re protulisset; quod planè ab ipso quàmlibentissimè fuit adimpletum. Cuius doctissimi Præsulis votum ego originale scriptum vidi mihi exhibitum à R. D. sir Cæsare Arcadi Canonico Cathedralis huius Ciuitatis; quod cùm ab eo fuerit magna eruditione ac pietate prolatum: Idcirco equidem illud hic ad verbũ scribere non fui grauatus. Sic itaque ille Antistes in publico eo Concistorio suum votũ coram Sanctissimo Paulo V. fælic. record. anno scilicet 1608. promulgauit pro Canonizatione Beatæ Franciscæ Romanæ: Tria sunt, Beatissime Pater, quæ ex Diui Bernardi sententia hominem in hac vita Sanctum reddunt, victus sobrius, actus iustus, sensus pius, quæ ex Paulo ad Titum procul dubio sũpta fuere, sobriè, & iustè, & pie viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem. Vt igitur ijs quemque veriùs excelluisse constat, ita iustiùs eundem in Sanctorum numerum referri par est. Et quidem Franciscam Pontianam Romanam, de qua modò in præstantissimo sanctitatis vestræ cõspectu agitur; ea omnia ad extremum vsque vitæ spiritum strenuè præstitisse probatum est fortissimis documentis diutino tempore multorum fide dignorum testimonio, stupenda miraculorum effectione communitis. Quemobrem omni qua decet animi submissione sentio, beatissime Pater, meritò sanctitatem vestram eandem Sanctarũ mulierum numero adscribendam esse posse decernere. D. Victorinus Mãsus Episcopus Ariani. Quando igitur peritissimus hic Pręsul ab ea vrbe ad istam

Votum Victorini Episcopi pro canonization. B Franc. Romanæ.

Ciui-

Ciuitatem regressus fuit, mandauit, quòd posteà paucis mensibus adimpletum fuit, vt superior Chori pars varijs ornatibus,& quidem aureis concinnaretur cum quibusdam Sanctorum imaginibus, quæ planè singula hoc nostro æuo eundemmet locum RR.DD. Canonicorum satis venustum ac pulchrum reddere videntur. Præfatus Antistes obijt Neapoli die tertia mensis Aprilis 1611. cuius monumentum nunc extat in Ecclesia S.Seuerini eiusdem Ciuitatis.

Chori Cathedralis superior pars à Manso Episcopo exornata

22 OCTAVIVS RODVLPHIVS Nobilissimus Romanus I. V. D. Episcopus Ariani, Regius Consiliarius sedit ab anno 162. vsque ad annum 1623. Sub Pontificatu Pauli V. qui in Cathed a Sãcti Petri sedit annos 17. menses. dies. Idcirco hic magnus Antistes Arianensi Episcopatu fuit cooptatus: quoniam Philippus III. Hispaniarum Rex ipsum absque vlla pensione ad illum vocauerat, ex petitione sibi facta ab Imperatore Matthia, apud quem Alexander Marchio Basilicis eius frater tunc erat ab intimis cubicularius, atque totius Imperialis Status Consiliarius. Antequàm ipse huiusmodi Episcopali munere fungeretur post Referendarij Vtriusque Signaturæ officium, subiuit quarundam Ciuitatum propè Romam gubernationes de eiusdem Summi Pontificis mandato, licèt eo tempore vigesimum quintum annum minimè attigisset: quàmobrem, & si in ipso Romano Patritio annorum numerus pro huiusmodi officijs defecisset, magna tamen benè regendi facultas in eomet supplere videbatur. Ideò dum ipse esset Ariani Episcopus, idem Paulus Quintus illum gubernatorem Beneuenti declarauit; cuius vrbis regimen cùm ipse eximia authoritate, atque summa prudentia cum omnium applausu,& laude compleuisset: mirum deinceps non

Alexand. Rodulph. munera apud Imperatorē Matthiā

Officia Octauij Rodulph. in adolescentia.

fuit si eius Optimus Maximus successor, nempe Gregorius xv. Summus Pontifex eum Firmianæ Ciuitatis Gubernatorem, atq; in primis magnum illius administratorem disposuerit. Neq; autem in præsentia silentio inuoluendum erit; quod idem Eminentissimus Episcopus, dum ab hac Vrbe abesset, eius Generalem Vicarium destituit Reuerendissimum D. Paulum Squillantem eximium Doctorem Neapolitanum; cùm ipse optimè sciuisset illum virum, dum prioribus annis se præsente eiusdem Vicariatus munere rectè fungeretur, præstasse non solùm doctrina, ac benè regendi facultate, sed etiam eximia vigilantia erga Arianensem ac Diœcesanum Clerum; Quamobrem nunc mirum non est si quamplurimi mei Conciues etiam sęculares illum valdè prędicent commendentq; ex eo potissimum, quia ipse Ariani tres Congregationes instituit in Ecclesijs quippè S. Vincentij, & Angeli Custodis duas; atq; postremò alteram patritiorum apud Cathedralem eiusdem Ciuitatis in Sacello Visitationis Sanctissimæ Mariæ Virginis: ad quos porrò religiosos cætus multi homines magna deuotione ob pia eius monita continuò confugerunt, quorum sanè Arianensium Congregationes adhuc magno animi feruore, vti anteà inceptum fuerat, persistunt; atq: etiam in dies propagari in melius videntur. Atqui profectò eiuscemodi rei beneficium illi vigilantissimo Antistiti tribuendum quoq; erit, qui præfatum Doctorem Squillantem tunc Arianensibus concesserat, vt tot bonorum operum, quæ modò in ijs Congregationibus perpatrantur, peritissimus ille ac pius Vicarius nobis Author extitisset: sed de his obiter, & ad eiusdem præstantissimi Rodulphij alia officia, ac gesta deuenio. Postmodum idem Gregorius XV. attento eiusdem

Paulus Squillante Neap. Vicarius Generalis Rodulph.

Congregationes instituta à Paulo Squillante in Ciuitate Ariani.

Octauius Rodulph. à Gregor. xv. Card. electus.

dem Antistitis magno meritorum culmine illum ad Eminentissimum Cardinalium Cætum euexit; sicuti olim elati fuere duo alij ex Illustrissima Rodulphia eius Prosapia Georgius quippè, & Nicolaus, qui fuit filius sororis felicis recordationis Leonis X. Florentini, eumq; non post longam temporis intercapedinem Agrigenti Archiepiscopum declarauit, ex nominatione autem sibi facta à Philip. Quarto Hispaniarum Rege. Quem certè præstantissimum virum prioribus annis Arianum ne dum Pastorem vigilantissimum, sed potentissimum quoq; omnium patronum obtinuit, ac talem profectò semper prædicauit, atq; etiam in præsentia mortuum vt quammaxime prædicat. Planè quispiam hinc facilè ominari poterat, quòd si ille tam immaturè (erat enim in florenti ætate constitutus) ab hisce terrenis ad Celestem patriam, vti piè credendum videtur, minimè decessisset; vtiq; ob eius religiosos, ac optimos mores, virtutum fastigia, ac benè regendi munus, tandē CHRISTI Domini Vices in hoc terrarum orbe gesturus erat. Idemmet Eminentissimus Romanus dū esset Episcopus Ariani in maiori sua Ecclesia, quam vehementer dilexisse semper visus est, Organum in decentiori loco collocauit, quod deindè exornandum curauit non solum quibusdam aureis lineamētis, sed etiam perpulchris picturis: atq; ex aduerso, in altero scilicet Cathedralis latere, vbi priori æuo erat Organum, construxit quendam locum, in quo Musici eorum munere commodius fungi possunt; dum in quibusdam festis sollemnibus duobus Choris Musicam exercent. Præterea instituit varijs alijs figuris concinnandum ne dum superiorem medium locum sub quo extat Sācti ssimi EVCHARISTIAE Sacramenti Custodia, verùm etiam duos alios, alterum.

Oct. Rodulfius ab eodem Gregorio Archiep. declaratus Agrigenti.

Octauij Rodulphij varia monimenta in Eccles. maiori Ariani.

rum.

rum nempè versùs Sacellum Sācti OTHONIS Ariani Protectoris, alterum verò supra Capellam Sancti Elisearij eiusdem Ciuitatis Comitis. Dum itaque ipse esset apud Beneuentanos Gubernator, ibi insigne quoddam Pulpitum, & quidem ex diuersis marmorum, & Porphyritum generibus conflatum suis impensis perficiendum curauit: quod posteà ad hanc Ciuitatem translatum, & in maiori Ecclesia collocatum fuit; atq; modò substinetur à quatuor optimis Columnis Porphyreticis diuersorum colorum cum varijs, & quidem concinnis sculpturis de Natiuitate CHRISTI Domini, nec non de eiusdem Passione, & Resurrectione. Illudq; porrò istam Cathedralem in præsentia plurimùm decorare apparet cum reliquis alijs incisuris factis à peritissimo artifice, nimirum Magistro Federico Florello Arianen. in quibusdam nuceis tabulis: atq; ita optimū videtur, vt etiam in qualibet alia (etsi celeberrima Vrbs fuerit) persistere possit. Prætereà in eadem Beneuenti Ciuitate tunc idem præstantissimus Præsul mandauit Statuā Sancti OTHONIS marmoream sculpendam ab Excellentissimo quodam Sculptore non absque magno eius sumptu. Ideò in basi dictæ Imaginis eiusdem Arianensium Protectoris sic legitur. OCTAVIVS RODVLPHIVS ANNO DOMINI M.DC.XVIII. EPISCOPVS S. OTHONI. D. Cuius quidem Sancti Sacellum ipse quoque exornauit, adhuc Vrbe Ariani ab eo protecta subueniente, non solum circum circa quibusdam concinnis figuris, quæ varia miracula ab eodem Beato Heremita perpatrata demonstrant, sed etiam superiorem partem diuersis aureis ornatibus perfecit, erga quem Arianensium Protectorem eximius ille Antistes tanta pietate, ac deuotione præstabat, quanta cuipiam meorum con-

Pulpitū insigniter exornatū iā cōstructum ab Octa. Rodulph.

Statua S. Othonis marmorea ab Episcopo Rodulph. cōstructa.

conciuium facilè patebat, dum in hac Vrbe moras faceret: atque mihi potissimum notum erat, quando sic ille mecum interdum effari solebat, peculiarem certè apud S. OTHONEM, & magnum cultum, ac religionem ex eo præsertim me habuisse confiteor, dum ad istam Ciuitatem perueni, quoniam Romanus ille erat, vti ego; nec non quia sollemne eius festum Ariani celebratur die 23. Martij, quando mea Natiuitas in ea Vrbe fuit. Quoniam verò ipse animaduertebat tunc Episcopale Palatium quibusdam in partibus fuisse penè dirutum, atque etiam in alijs ruinam minari: idcirco illud maximis impensis restaurauit, ampliauitq; nonnulla domicilia, quemadmodum ex suis ibi affixis stegmatibus manifestè cōspicitur; cùm priora satis angusta essent, neq; tamen capacia pro tot seruis, qui ei, vti tantum virum decebat, obtemperabant. Præterea idem sagax Antistes videns quoque Seminarium Clericorum multo tēporis interstitio iam ineptum redditum, vt ibi Scolares ne dum Arianenses, verùm etiam Diœcesani cōmodè educari potuissent in litteris, atque bonis moribus: ideò illud quoque tunc restaurandum mandauit; quod porrò manifestè patet ex eius insignijs iam affixis in Porta eiusdem Seminarij, sub quibus sic annotatum perspicitur *Seminarium Clericorum diù destitutum Octauius Rodulphius Episcopus restituit die* 25. *mensis Nouembris* 1617. Quamuis ipse Romæ sub Eminentissimo gradu extitisset attamen suæ Primæuę Ecclesiæ minimè oblitus liberaliter mandauit, vt Sacer Baptismatis fons in decentiori loco eiusdē Ecclesiæ collocaretur, & quidem suis sumptibus cum varijs marmoribus, & Porphyritibus, iam Beneuenti prius elaboratis. Cuius sanè fontis Sacri exordium in præsentia ad sinistram conspicitur circa

Octauij Rodulph. erga S. Othonem Religio.

Seminarium Clericorū ab eodem Rodulph restauratū.

Exordiū noui fōtis Baptismatis ab eodem Rodulphio Episcopo.

in-

ingressum maioris Portæ eiusdē Cathedralis. Postquam verò Eminentissimus ille Dominus Agrigentum accessit, ibi paucis mensibus moras faciens in quendam acutum, ac lętalem morbum incidit; atq; ita dum ipse in florenti ætate fuisset constitutus ab hoc tęrrarum orbe, sicuti piè ob tot religiosa eius opera censendum est, tandem ad Cœlestem regionē perrexit. De cuius immaturo obitu Agrigensis ille Populus, atq; etiam Dięcesani, vt quammaximè tristati fuere; cùm tamen anteà multis ab hinc sęculis tam prudentissimum virum, ac vigilantissimum Pastorem se nunquam habuisse memorarint. Cuius corpus post sollemnissima funeralia, sicuti tantum Cardinalem eorum Archiepiscopum decebat, fuit humatum ab ijs Agrigensibus in maiori illius Ciuitatis Ecclesia, non nisi maximo omnium męrore, ac luctu.

Accessus Eminentiss. Rodulphij Agrigentum, vbi obijt.

Octauij Rodulph. sepultura

23 PAVLVS CAIATIA Patritius Capuanus I. V. D. Comes Palatinus, & Regius Consiliarius Episcopus Ariani sedit ab anno 1624. quem modo Deus Optimus Maximus conseruet ad longeuos alios, vt suo Patrocinio, ac vigilantia possit ne dum Arianensi Clero, verùm etiam Dięcesano semper prodesse. Sub Pontific. Vrbani VIII. anno eius secundo. Qua quidem Antistis dignitate ideò ipse cohonestari meruit, quoniam dum esset adolescens apprimis sudauit in litteris, & alsit: Ideò deinceps in Neapolitano gymnasio viginti duobus annis publicam Sacrorum Canonum lectionem habuit, sicque Comitis Palatini titulo fuit decoratus, non nisi magna eius laude, atque vniuersali ob eximiam eius doctrinam Auditorum applausu. Quapropter deindè mirum non fuit si eius nomen olim peruagatum fuerit ad varias orbis terrarum Regiones, vndè quamplurimi digres-

Paulus Caiatia cur Ariani Episcopatu fuit insignitus

digressa iam ingenti desiderio exarserunt, vt illum in eadem Vrbe docentem audiuissent. Idcirco Excellentissimus Dux Aluæ, dum esset huius Regni Prorex, attento huius doctissimi viri magno virtutum fastigio, ob immensas, ac diutinas eius in studijs elucubrationes, ipsum apud Philippum Quartum inuictissimum Hispaniarum Regem, vt dicto Arianensi Præsulatu cooptaretur, valdè cõmendauit. Nõ erunt autem in præsentia silentio inuoluenda, quæ idem Episcopus perpatrauit in sua Cathedrali Domo; & quidem in primis circa laqueare, quod ipse proximè elapsis annis nonnihil exornandum curauit quamplurimis picturis, ac varijs deauratis sculpturis; quæ sanè omnia Ecclesiam istam satis concinnam, ac pulchram reddunt: Veruntamen modò, dum hæc scribo, longè pulchrior effici apparet; quia reliqua eiusdem Maioris Templi Nauis diuersis alijs aureis ornatibus exornatur cum diuersis quoque picturis: quod sanè ob illius loci vastitatem perficitur nonnisi magnis sumptibus, quibus posthac ille ad maiorem dictæ Cathedralis Honorem minimè quoque parcet: cùm ipse tanta pietate, ac religione erga Sacrum illud Fanum præstare videatur, vt nunc à quopiam haud dubitandum sit eundemmet sagacẽ Præsulem in dies nil intentatum relicturum fore; quin etiam insignioribus alijs ornamentis illud ipsum decorabit. Quod planè erit ARIANO Nobile Decus, cùm maiorem habeat Ecclesiam sic perbellè exornatam, qualem perpaucæ huius Regni Ciuitates modò obtinere conspiciuntur. Neque autem postremò tacebo, quod cùm elapsis annis in eadem Ecclesia fuerit maior Campana obrupta, nonnisi magno cunctorum Ciuium mœrore. Ipsemet eximius Antistes haud quaquam tempus conterit cum alijs

Laqueare Maioris Ecclesiæ ab Episcopo Caiatia exornatũ.

Maior Campana in Cathedrali ab Episcopo Caiatia Constructa.

de Regimine huius Ciuitatis, vt Arianum peritissimus magister accessisset, atque ita illam conficeret, quæ porrò magno sumptu constructa fuit, & quidem maioris ponderis quàm esset anteà: Cuius pondus, vt mihi relatum fuit, nunc extat duorum millium quatrigentorum Rotulorum, vt vulgo dicatur, huiusmodi enim Neapolitanum pondus est penè trium librarum Romanarum. In qua Campana variæ extant depromptæ effigies, inter quas est Stegma ipsius Prçsulis: atque huius Vrbis cum Imaginibus Sãctorum OTHONIS Protectoris, & ELISEARII Comitis eiusdem Ciuitatis. Planè huiusmodi campana in præsentia benè euasisse apparet; cùm videatur in dies illa actiorem cunctis, atque concinniorem sonum reddere. In huius Illustrissimi Caiatiæ Episcopatu ista Ciuitas fuit digna, vt Incolam habuisset Serenissimam Sponsam, quam priscis annis nunquã similem obtinuisse scitur; neque equidem arbitror aliam in posterum se habituram. Quàmuis me non præteretat Arianum antiquo æuo etiam hospitatum fuisse Regem Aloysium Primum de Angio, dum ille cum Carolo Tertio debellabat: namque legimus apud Historias Regni Neapolis Ioannis Baptistæ Carrafæ lib. 6. pag. 142. quod in anno 1382. idem Aloysius mandauit suum exercitum diuidendum per multa loca, Oppida, & Ciuitates, quç ad resistendum suis hostibus valdè strenua viderentur, vt ijs in partibus ipse cunctam hyemalem aeris Constitutionem transijsset. Quapropter cùm Rex ille Ciuitatem hanc satis fortem agnouisset, tum propter optimum eius situm vndequaque eminentem; tum quoque ob præstantiam Arianensium in armis; mirum non fuit si eo tempore eam statim elegerit pro Regali hospitio, suique (magna scilicet ex parte) exercitus inco-

Accessus Reginæ sororis Regis Hispaniarum Arianum.

Rex Aloysius Primus, quando, & quãto tempore Ariani fuit moratus.

incolatu. Accedente itaque Vere hinc Rex discessit cum magna suorum militum copia, quemadmodum idem Neapolitanus Historicus loco nuper cit. retulit: Ex cuius dictis duo equidem in primis colligo, vnum scilicet quòd ille Rex non fuit Incola huius Ciuitatis paucis diebus, sed quatuor circiter mensibus: alterum verò quòd olim Arianum extitit Colonia satis fortis, non solum propter homines in armis peritos, verùm etiam ob eminentem locum, in quo ista Ciuitas situata extat; cùm ea sit tribus in collibus ædificata: quamobrem circum circa facilè defendi potest: atque eò magis illo tempore fortis erat, quò ipsa tunc satis munitum obtinebat suum Castrum ob ingentes Turres penè inexpugnabile, atque etiam propter alia sibi contigua propugnacula ideo Vrbs nobilissima Neapolis dum huiusmodi fortissimæ Arcis Artificium admirabatur, misit huc insignes quosdam Architectos, vt ad illius formam iam exemplatum alterum Neapoli construeretur: quod deinceps quammaximis sumptibus fuit adimpletum: atque sic ibi fuit ædificatum Castrum, quod modò Parthenopei nouum nuncupant. Sed de his obiter, & ad Serenissimam illam Reginam reuertor. Etenim die 23. mensis Decembris ann. DD. Maria de Austria soror Philippi Quarti Hispaniarum Regis permansit Ariani, quæ cura atque eximia prudentia Excellentissimi D.D. Antonij Aluarez Ducis Aluæ adibat Serenissimum suum Sponsum, quippè D.D. Ferdinandum Regem Bohemiæ, & Vngariæ filium Ferdinandi Imperatoris cum comitatu, & obsequio duorum circiter millium hominum; ex quibus quamplurimi erant Nobilissimi Viri, qui varijs titulis erant insigniti, inter quos extitit Excellentissimus D.D. Franciscus Columna Princeps Buteri apud Siciliani

Castrum Nouum Neapolis exemplatum ab Arce Ariani.

ciliam filius Magni Contistabilis Philippi. Serenissima illa Sponsa hospitio habita fuit à præfato Episcopo Caiatia cum singulis alijs mulieribus ex magnatibus Hispaniarũ; inter quas erat D.D. Leonora Pimintella maior Cubicularia eiusdem Reginæ: extitit quoque Nepos Ducis Oxuni, qui prioribus annis fuerat huius Regni Neapolis Prorex; nec non pleræque aliæ Nobilissimæ mulieres pro seruitio eiusdem Serenissimæ Sponsæ: cuius quidem Reginæ cùm magnus ancillarum numerus, & Matronarum fuisset in domo dicti Illustrissimi Præsulis, præparati extiterũt septuaginta thori pro singularum commodo: fuit quoque eximiè exornatum cubiculum, vbi ea Regina cubauit cum quibusdam perpulchris Aulæis, quæ pro huiusmodi ministerio huc Neapoli prius translata fuerant. Pro cuius hospitio Serenissima illa sponsa visa est nonnihil sibi satisfactum fuisse ab eodem Episcopo. Quàmuis Episcopale Palatium fuisset Hospitium tam Magnæ Dominæ, quippè sororis dicti Regis Hispaniarum cum præclarissimis alijs Puellis, & Matronis; non defuerunt tamen alij Patritij huius Ciuitatis, qui vehementi animi auiditate hospitio exceperunt reliquos nobilissimos viros, qui illam concomitabantur; inter quos erat Comes della Varrascia frater Cardinalis Zapactæ, qui extat vnus ex quatuor maioribus Aulicis, quos apud se retinet Inuictissimus ille Hispaniarum Rex. Verùm in præsentia relictis alijs, non tacebo Eminẽtissimum Cuzimanum Cardinalem Hispanum Archiepiscopum Siuiliæ, atque præfatum D.D. Antonium Ducem Aluæ, qui proximè elapsis annis hoc Neapolis Regnum maximoperè gubernauit summaque vigilantia vexit. Hic enim eximia magnanimitate fuit hospitatus ab Illustribus Dominis Persio V. I.D.

Regina à quo fuit Ariani hospitata.

Dux Alua à quoque Ariani hospitatus.

I.D & Scipione Sebastianis,qui tanta animi solertia, & prudentia illum cum Illustrissimo Marchione del Rio eius Nepote,& quamplurimis alijs aulicis apud proprias ædes exceperunt, vt Excellentissimus ille vir tunc visus fuerit pro huiusmodi breui incolatu se multum istis Patritijs Arianensibus debuisse; atq; eò magis,quia Perillustris D.Sir Mutius Sebastianus Prothonotarius Apostolicus,&Thesaurerius Ariani eorum Patruus interfuit, vbi pro illo Excellentissimo Domino, & aliis suis Aulicis, qui ei seruiebant, vt nihil deesset apprimè studuit. Quod planè mihi valdè mirum non fuit; cum sciam eum, & patrimonio,& redditibus Ecclesiasticis opulentum in huiusmodi casibus nullis sumptibus parcere solere: Quãobrem videtur ipse semper imitari quoddam doctissimi Senecæ dictum apud lib. de morib. quando sic ibi monuit,pecuniæ imperare oportet, non seruire. Vtique nos in dies obseruamus ipsum Dominum Thesaurarium omni qua decet liberalitate nummis imperare;dum præsertim in suis ædibus modò hunc Illustrissimum Virum, modò alterum hospitem habet: in quorum quidem Hospitio magnas impensas impendere notum est nedum apud nostros conciues,verùm etiam apud exteros homines: sicuti quoque non ignoratur præfatos eius Dominos Nepotes,Persium quippè,& Scipionem efficere,dum ipsis nobiles viros per hanc Vrbem transeuntes hospitandi occasio præbetur: quemadmodum inter reliquos visum est proximis diebus contigisse, quando ij bis hospitio exceperunt Illustrissimum *D.D.*Ioannem Enriquez Marchionem Campi in hoc Neapolis Regno præstantissimum Regentem cum Illustrissima *D.D.* Catherina Paladini eius vxore iam comitata cum magno hominum cœtu; quę profectò Dominum

D. Ioãnes Enriquez Regẽs vbi Ariani fuit hospitatus.

minũ Regentem cũ *D*omina eius cõiuge illi eximia magnificentia,& liberalitate apud ꝓprias ædes excepe rũt; vt de eiuſcemodi incolatu plurimũ ipſis ſatiſſactũ fuerit in poſtremo potiſsimũ itinere, dũ Neapolim redeũtes Ariani triduò cõmorati ſunt. Atqui Eminentiſs. ille Cardinalis hoſpitio fuit habitus vnà cum duobus ſuis Nepotibus ab Illuſtri *D*omino Franciſco Antonio Sica eiuſdem Vrbis patritio tanta animi alacritate,ac liberalitate,vt non ſolum ipſe, ſed ſinguli, qui fuerant permulti Nobiles, eius Aulici non nihil deorum obſequio, & commodo circa illam diem prædicarint: cùm iam manifeſtum ſit non ſolum apud Arianenſes, ſed etiam apud áduenas iſtum quoque *D*ominum adeò nummis imperare, vt eorum vſus (dum eſt opus) nunquam peruacuus appareat; atque ita illi in eomet nunquam fruſtatorij extant, vt Ariſtotelicis verbis vtar ap. ſecundum libr. de Cœl. dum inquit fruſtrà eſt calceus, cuius non eſt calceatio, fruſtrà quoque nummus, cuius non numeatio. Eminentiſsimus ergo ille vir Hiſpanus antequam ſe itineri dediſſet: in vigilia Natalis CHRISTI *D*omini Sacroſanctam Miſſam celebrare voluit: Quapropter in medio Aluæ Domus eiuſdem *D*omini Franciſci Antonij fuit quoddam Altare præparatum, vbi decenter Sanctum illud Sacrificium adimpleuit coram Illuſtriſsimo Caiatiæ Epiſcopo huius Ciuitatis, quàmplurimis ſuis Aulicis, atque multis noſtris conciuibus. Eiuſdem Sereniſsimæ Reginæ iter iam ſub hyemalibus diebus peractum, dum magnæ niues vigebant, facilè à quopiam conijci poteſt quàm moleſtiſsimum fuiſſe: actamen ex magnatibus illis viris pernicioſum dumtaxat extitit præfato Eminentiſsimo Cardinali; quoniam dum ipſe acceſsiſſet ad quaſdam oras iuxta Anconã,

Cardinalis Arcbiepiſcopus Siuiliæ à quo Ariani fuit hoſpitatus.

Cardinalis Hiſpani morbus, et obitus.

fuit

fuit oppressus à vehementissima pleuritide, quam Hispani vocant. El male della costa, atque sic breui obijt, nonnisi ingentissimo suorum nepotum mœrere, atque eximia mæstitia quamplurimorum eius aulicorum, qui excedebant, vti mihi relatum fuit, centum hominum numerum, qui cum ipso ab Hispaniarum Regionibus digressi iam innixi illius Eminentissimi viri Potentiæ sperabant deinceps in Curia Romana ob huiusmodi seruitia plurimum commodi, & vtilitatis se percepturos: cùm tamen posteà ob eius obitum singuli inanes, ac mesti ad proprias domos recesserint. Quapropter sempiternæ veritatis Ecclesiasticum illud dictum censendum erit, quod scilicet maledictus est Homo, qui confidit in homine; quoniam hic cum suapte natura sit alterabilis, mutabilis, & corruptibilis omnis spes, quæ in eo fũdatur nullam permanentiam, ac stabilitatem habet, sed omnimodam vicissitudinem, ac mobilitatem; cum optimè dictum sit à sapientissimo Salomone, quod extat omnium rerum vicissitudo; quia generatio áduenit, & generatio præterit: Etenim in isto terrarum Orbe in dies clarè obseruatur, præsertim in Principum Aulis; quod dum quis noctu, diuque laborat vt suo Domino, cui seruit, obsequatur, placeatque in omnibus, sperans ab ipso in posterum nõnulla bona se percepturum: sępè sępius mundana spes eũ fallit, quando scilicet defuncto eius Domino, omnes suæ vanæ cogitationes euanescunt: quemadmodum contigisse manifestissimè apparuit Hispanis illis, qui præfatum Cardinalem sectabantur. Eadem die quãdo Serenissima ea Regina Arianam accessit in montanis hisce Regionibus magna nix iacebat quæ videbatur quantitatem ferè duorum palmorum: Qua non obstante die 24. eiusdem mensis ipsa, quamuis

Maledictus Homo qui cõfidit in homine.

Nix magna Ariani in aduẽtu Reginæ.

fuisset

fuisset vigilia Sanctissimi Christi Domini Natalis, actamen ab incepto itinere minimè destitit, properauit Bouinum vsque cum eodem nobilissimorum, & aliorum hominum comitatu. Cum igitur tunc magnum viguisset frigus pro itinerantium commodo varii ignes fuerunt accensi, & quidem magni diuersis in viis spatio duorum millium passuum inter se distantes. Veruntamen & si quàmplurimæ viæ ob Hyemalis temporis iniurias deuastatæ fuissent: nihilominus tunc eæ confestim à variis, & quidem multis hominibus fuerunt resarcitæ, pro quarum quidem semitarum refectione fuit ab Excellentissimo *Duce* Alcalà Prorege huius Regni deputatus D.D. Antonius Soarez Marchio Vici, qui post illius mandatũ, qui secum duxit diuersos pro huiusmodi ministerio, & opera ingeniosos magistros: quod planè non nisi maximis sumptibus fuisse adimpletum nemo dubitare poterit. Postremò autem mihi omictenda non videntur quædam satis tremenda, quæ etiam contigerunt tempore Episcopatus eiusdem Illustrissimi Caiatiæ, quæ sicuti rarissima fuere; ita quoque digna sunt, vt ea deinceps apud posteros mortales benè memorentur. Verùm vt incipiam à maximo illo terremotu, qui multis in partibus Apuleæ, atq; etiam alibi succesit. Dico igitur quòd die 30. quæ erat Veneris mensis Iulii ann. 1627. circa horam 15. dum magna aeris serenitas, ingentesque calores vigebãt, factus est maximus terremotus, qui singulos Arianenses valdè perterruit, durauitque dumtaxat spatio vnius Orationis *Dominicalis*; ex quo nulla contigit lęsio in domibus huius Ciuitatis; actamen in quibusdam aliis Regionibus extitit magna ruina, & pernicies, quę potius lacrimis ploranda videtur, quàm atramento scribenda. Etenim Ciuitas Sansiuerii magna

Ignes varÿ accensi in itinere Reginæ,

Terremotus maximus apud Regionẽ Apuleæ quando successit.

magna ex parte corruit, adeò vt penè nulla domus ob illius maximæ terræ commotionem intacta fuerit relicta. Præterea Serra Capriola ex toto ferè decidit exceptis paucis quibusdam paruis domibus, quę erant in eius suburbio. Castrum quoque quod dicebatur Turris maior, etiã delapsum fuit, nec non Terra, quæ vocatur Lapicina: Cecidit quoque cuncta Terra S. Pauli, cum omnes illius Domus fuerint adæquatæ solio: & alia conuicina Castra aliquam ruinam perpessa sunt, quamuis haud ita, quemadmodum prædicta loca. Atqui Homines qui diurno illo tempore intra Patrium locum reperti sunt, omnes penè confessi sunt, & obierunt, exceptis tamen quàmpaucissimis, qui deinceps vixerunt non absque aliqua corporis læsione, ex quibus aliquot ego vidi. Eadem hora diei Veneris dictus terręmotus fuit in magna huius Regni parte: quamobrem Neapolim quoq; valdè terruit; verùm Dei beneficio nulla domus corruit, quemadmodum etiam Ariano accidit. In cuncto penè Augusti mense eiusdem anni diu, noctuque factus est terræmotus, qui hanc Ciuitatem ob eius frequentiam adeò perterruit, vt multis diebus factæ sint sollemnes processiones, in quibus prima vice præfatus Episcopus nudis pedibus tulit Sacrosanctas duas spinas Christi Domini, quæ summo cultu conseruantur in Thesauraria huius Cathedralis cum comitatu ferè quatuor millium hominum; atque inter mulieres extiterunt quàmplurimæ Virgines puellæ absque calceis, & quidem decapillatæ, iam Diuinum auxilium magnis lacrimis implorantes in ijs terręmotibus: Neque autem tunc defuerunt nonnulli Sacerdotes, ac Nobiles Arianenses, qui nudis quoque pedibus sub quadam Religiosa confratrum veste

Loca apud Apuleam deuastata ob terræmotum.

Processiones Ariani celebratæ ob terræmotum

K pro-

processionaliter concomitabantur prædictas Sacrosanctas Spinas. Eodem tempore iam actentis ijs terræmotibus ob imminens singulorum periculum, expositum palam fuit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, atque habitæ fuere multæ conciones à quibusdam RR. PP. Capuccinis, præsertim à P. Fr. Simone de Orsara ad hortandum Populum, vt veram pęnitentiam egisset; ne à quorundam fortassis sceleribus Deus Optimus Maximus lacessitus aliàs Ciues in Terræmotu punisset. Hoc loco non erit silentio inuoluenda nimia Charitas, atque summa Religio præfari Fr. Simonis erga Arianenses: etenim ipse non semel sub die, ac interdum nocte concionem habere assueuerat, sed bis atque iterum varijs in Templis huius Ciuitatis: & quidem ob pia eius monita nonnulli peccatores ad veram suorum peccatorum pœnitentiam deueniebant: suoque suasu construi cępit in eadem Ciuitate Ecclesia non exiguæ magnitudinis cum septem Altaribus, quam vocant Montis Caluarij, quæ modò piorum ciuium eleæmosinis ædificatur, atque in præsentia, dum ista scribo, extat magna ex parte molita. Post octauam diē terribilis illius terræmotus alius quoque horrendus Ariani apparuit; verùm in Apulea horribilissimus extitit, præsertim in Serra Capriola; quoniam omnes ferè domus, quæ superstites erant post primum terræmotum, collapsę fuerunt nonnisi magna hominum nece: attamen in Vrbe Luceriæ visi sunt nonnulli ædium parietes ruinam pati cum ingenti incolarum formidine: quamobrem ex tunc non solùm nobiles illius Ciuitatis, verùm etiam alterius conditionis multis noctibus iam digressi à propria domo, ad agros, & vineas confugerunt, quò ipsi transferentes cubilia, haudquaquam timebant

Fr. Simonis Capuccini nimia Charitas erga Arianenses.

Lucerienſium terror ob terræmotum

Iunare

lunare lumen, vt ibi tuti in somno perstitissent: Quod planè ijsdem diebus scio effecisse quosdam meos conciues, dum terræmotus illi frequentiores reddi viderentur: at ego huiusmodi ipsorum actionem facilè deridebam: siquidem ii, cùm se tutos sub die in Vrbe esse putassent, credebant nocte dumtaxat ob terræmotus periclitari, ac si iisdem ab Angelo, vel quouis alio Beato reuelatum fuisset illos eo tempore successuros: cùm tamen equidem obseruauerim diurnis potius horis terræmotus tunc viguisse, quàm nocturnis; sicuti etiam visum fuit apud Apulensem Regionem innumeros homines sub diu obiisse. Quamobrem ipsi existente Sole circa nostrum Emispherium, quippè in die, vt quàmmaximè formidare debuissent, dum intra Ciuitatem commorabantur; non autem nocte, valdè obterreri eos oportuisset, quando scilicet minus terræmotus vigere videbantur. Successit quoque aliud nunc minimè subticendum sub eodem Præsule multò terribilius, quippè pluuia cinerum non solùm apud istum Neapolis Regnum, verùm etiam apud multas alias satis remotas Regiones, imò remotissimas quoque apud quasdam Turcarum oras; quod contigit ob Montis VesEui incendium: de quibus cineribus multa essent à me in præsentia dicenda memoratu digna; nisi equidem de ijs prolixè scripsissem in quatuor Tractatibus iam dicatis Excellentissimo Comiti Montis Regij Neapolis Proregi, ad quæ scripta benignum Lectorem transmicto; interim eorum Titulum hic inferere me non piget: Fabii Barberii Arianensis Medici, ac Philosophi de prodigiosa cinerum pluuia, quæ ad varias Mundi partes peruagata fuit, dum Vesuuius ille mons conflagrabatur. Vbi

Cinerum pluuia sub Episcopatu Caiatia.

Authoris tractatus de cineris pluuia.

etiam quæritur, an immensissimus ignis illius montis naturaliter fuerit productus, an vero miraculosè: & quàmplurima alia pertractantur satis admirabilia de eiusdem Vesevi cineribus: nec non de summa illius ignis actiuitate, & opacitate: atque præterea agitur de Terræmotibus, qui eo tempore visi sunt esse Neapoli, de maris recessu à proprio loco iuxta eandem Vrbem; De noui fluminis lapsu ab exarso illo Monte ad varias Campaniæ regiones. Atque ibidem differitur de piscium morte, & plerisque alijs ob eiusdem Montis incendium excitatis; quæ (ni fallor) sunt satis scitu, & memoratu digna. Quorum omnium causæ ibià me ex Philosophiæ monimentis inuestigantur. Præterea agitur de eorundem cinerum Prognostico aduersus quosdam Astrologos: Atque de quadam satis admiranda grandine, quæ ad Crucis formam delapsa est ab aere in Arianensem Ciuitatem die 13. mensis Iulii ann. 1631. A quorum cinerum pluuia quàmmaximè obterriti sint, non inquam Arianenses dumtaxat, verùm etiam aliæ gentes facilè conijci potest ex ijs, quæ à me in ijs scriptis relata sunt. Veruntamen illud vnum modò obticendum minìmè videtur, quod in cineritio eo tempore multæ Processiones, piè, atque sollemniter Ariani fuerunt celebratæ: atque in prima ipsemet Illustrissimus Caiatia Episcopus portauit easdem Sacrosanctas CHRISTI Domini Spinas cum Comitatu totius Cleri, omnium Regularium, atque omnis Populi, in quibus porrò Processionibus sępè sępius alta voce à Deo Optimo Maximo misericordiam exclamantes præcedebant quamplurimæ Virgines Puellæ decapillatæ absque calceamentis. In quarum Sacrosanctarum Spinarum translatione illud

Arianensium terror ex cinerum pluuia.

Mirabilis cultus ex Sacrosãctis Spinis Christi Domini in collegiata S. Angeli.

illud

illud vnum imprimis obseruatum fuit admirandū; quòd cum deportarentur in Collegiatam Sancti Angeli, quando intensissimæ erant tenebræ, vix ad eius portam delatæ fuere, quòd statim totum eius templum, satis admirante cuncto populo, qui dictas Spinas piè, ac processionaliter sectabatur, perlucidum apparuit, iam detecto Sole, qui per longam temporis intercapedinem anteà coopertus extiterat ab opacissimis, & intensissimis nubibus: quapropter tunc benè dici poterat noctem in diem visam fuisse conuersam. Quot quantisque Priuilegijs Arianum perillustrari soleat ab huiusmodi Sacrosanctis Spinis facilè intelliget is, qui leget Tractatum Secundum, quem inscripsi de Vita, & Patrocinio S. OTHONIS erga Arianenses; vbi quoque quamplurimæ aliæ Sanctorum, & Sanctarum Reliquiæ narrantur, quæ pio, magnoque cultu conseruantur in Thesauraria Cathedralis eiusdem Ciuitatis.

Corollarium de antiquitate, nobilitate, & Episcopis Ariani.

Ex supradictis enarratis manifestè colligitur, Benigne lector, hanc Ariani Vrbem nobilem, atque satis antiquam extitisse: Quod profectò non constat ex cuiuspiam Historici dictis in molli papyro exaratis debili calamo; sed manifestatur ex monimento, quod ferreo cuspide in durissimo marmoreo lapide exculptum fuerat, iam repertum subtus Arā Iani, dū quidā Iordanus tūc Comes eiusdē Ciuitatis reliquias celeberrimi Tēpli illius falsi Dei detegere conabatur: etenim scimus eiuscemodi monimētū, antiquo ęuo in eodē fano dictæ Ciuitatis collocatū fuisse in hac Ciuitate de Mandato Q. Babrij Cornelij Amiāti Patricij, & Quęstoris Populi Romani apud Senatus Consultū in Prouinciis Apuleæ, Sānitum, atq; Hætruscorum; dum nobilissimus ille

vir in Montana ista Regione Coloniam, quam ARIANVM appellauit, construxit. Cuius Vrbis Primi Incolæ extiterunt Quincenti Quirites viri nobiles coniugati. Planè iis, quæ ego in superioribus retuli, eò maiorem fidem adhibendam fore arbitror, quò illa annotata erant in antiquissimo marmoreo lapide, vti clarè patet apud Iurisconsultos in leg. monumentorum, C. de religiosis, & sumptibus funerū illis Verbis. Præscriptio autem longi tēporis &c. Quamobrem mirum non fuit si Seniores Patritii Arianenses in memoriā tantę eorū Patriæ antiquitatis, ac nobilitatis sibi erexerint in capite maioris plateæ iuxta Episcopiū quoddam Sedile, & quidem celebre, vt dignum sit simile in nobilissima Neapolis Vrbe collocari, in cuius superiori parte sic legitur: ARIANVM AD NOBILE CIVIVM DECORVM. Colligitur quoque ex supra recensitis, quot, qualesque eiusdem Ciuitatis Antistites fuerint vsque ad præsens nostrum æuum, quorum memoria est in hac antiquissima Ciuitate, etsi quāplurimi alii extiterint, vti supra relatum est, qui modo nobis delitescunt, occultanturque ob eiusdem Vrbis infortunia, atque varia bella ab infidelibus aduersus Arianenses olim perpatrata: quando variæ priscorum Antistitum scripturæ fuerunt ammissæ, aut etiam conflagratæ. Idcirco in præsentia cuiquam mirum esse non debet, si actenēta maxima huius Ciuitatis Antiquitate, modò tam paucorum Episcoporum notitia nobis adsit. Pro quibus porrò exiguas hasce lucubrationes me scribere minimè piguit, & quippè celeriori, quo valui, calamo duabus de causis; tum vt ipse satisfecissē quæsito præfati Comitis Pastinarum eiusdem Vrbis Patritij, tum etiam, vt posteri mei conciues, vel quiuis alii huius-

Sedile Arianensium iuxta Episcopium.

Author cur scripserit Catalogū Episcoporū.